

## DECRETUM VI

Hec pars continet<sup>1</sup> de clericorum conversatione, et ordinatione, et correctione, et causis<sup>2</sup>

### 1

*De vita clericorum<sup>3</sup>. Ex epistola Hieronimi ad Nepotianum*

Clericus, qui Christi servit ecclesie, interpretetur primo vocabulum suum, et nominis diffinitione prolatu nitatur esse quod dicitur. Si enim clerici Grece, Latine sors appellatur, propterea clerici vocantur, quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est pars, clericorum est. Et quia<sup>4</sup> vel ipse pars Domini est, vel Domini<sup>5</sup> partem habet, talem se exhibere debet ut ipse possideat Dominum, et ipse possideatur a Domino. Qui possidet Dominum, et cum propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest. Quod si quidpiam aliud habuerit preter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini sum, et funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis, et altari deserviens, altaris oblatione sustendor, habens victimum et vestitum, his contentus ero, et nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaque te, et repetens iterum iterumque monebo, ne officium clericatus genus antique militie putes, id est, ne lucra seculi in Christi queras militia, ne plus habeas quam quando clericus esse cepisti, et dicatur tibi, Clericatus eorum non proderit eis.

(*Isidorus, lib. II Off. eccl., c. I. J*) (12, q. 1, c. *Clericus*)

<sup>1</sup> Hec pars cont. CPD; Hec sexta pars continet L; Hec pars sexta cont. H; Sexta pars cont. M; om. Fr

<sup>2</sup> M but not edd. here adds a capitulatio to cc 1-435

<sup>3</sup> De vita clericorum CPDH; Unde clericus dicitur M

<sup>4</sup> [al., qui autem] add. Fr

<sup>5</sup> lacuna follows C

### 2

*'Isidori'<sup>2</sup> de generibus clericorum*

Duo sunt genera clericorum, unum ecclesiasticorum sub regimine episcopali degentium; alterum acephalorum, id est sine capite, quem sequantur ignorantium. Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio retentat divina, sed solutos atque oberrantes, sola turpis vita complectitur et vaga. Qui quidem nullum<sup>3</sup> metuentes, explende voluptatis sue licentiam consectetur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, neque equi, neque homines, mixtumque (ut ait poeta) genus prolesque biformis<sup>4</sup>. Quorum quidem sordida atque infami numerositate satis superque nostra pars occidua pollet<sup>5</sup>.

(*Eccl. offic., l. II, c. 3.*)

<sup>1</sup> Quod duo sint genera clericorum. *as rubr.* Ex dictis beati add. M

<sup>2</sup> -ori CPBDM; -orus RH

<sup>3</sup> [quique dum nullum, etc.] add. M

<sup>4</sup> (VIRG., Aen. VI) add. M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> pollet CPBDLH; polluitur [pollet] M

## 3

*'Epilogus ex<sup>2</sup> regula clericorum breviter collectus<sup>3</sup>.*

Legalibus interea institutis et evangelicis saluberrimis monemur preceptis ut Dominum nostrum totis precordiis diligamus, et proximos tanquam nosipsos, et cetera. Si igitur ab omnibus fidelibus his salutiferis preceptis totis nisibus est favendum, quanto magis ab his qui divinis cultibus mancipati sunt, et aliis exemplo virtutum condimentum esse debent. Proinde oportet ut primo omnium Dominum Deum diligent ex toto corde, ex tota anima, tota virtute, et proximos tanquam seipsos, et nosse quia in his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Non occidant, neque fratrem oderint, quia, ut ait apostolus, Qui fratrem suum odit, homicida est. Non adulterent, non faciant furtum, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant, et quod sibi nolunt fieri, alteri non faciant. Non sint superbi, aut tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati servientes, non luxuria enervati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substrati, non vaniloqui, non invidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurratores<sup>4</sup>, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes et dolositates caveant, usuris nequaquam inserviant, non iurent, ne forte perirent<sup>5</sup>, malum pro malo non reddant. Cum in se aliquid boni viderint, Deo; et malum cum viderint, sibi deputent. Discordiam fugiant, et quos invenerint discordantes<sup>6</sup>, ad charitatis concordiam revocent, et iuxta psalmiste vocem, declinent a malo, et faciant bonum. Attendant et apostolum prohibentem, Non, inquit, in comessionibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Animadvertant etiam quod ab his vitiis ab apostolo prohibitis omnium vitiorum seges emergat, et quod horum morborum mater superbia sit. Oportet etiam ut animam corpusque suum ab omni inquinamento carnis et spiritus custodian, ut, iuxta apostolum, integer spiritus eorum, et anima et corpus sine querela in adventu Domini Iesu Christi servetur. Sobrie, et iuste, et pie vivant. Secularia negotia prorsus abiciant, quia, iuxta eumdem apostolum, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit. Ieiunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positis opem ferant, dolentem consolentur, amori Christi nihil preponant, caritatem non derelinquant, pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant. Diem iudicii timeant, vitam eternam spiritualiter concupiscant. Spem suam Deo committant, proprio episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent, magistros suos non temere reprehendant. Postremo in doctrinis spiritualibus operam dent, lectionibus, psalmis, himnis, cantis spiritualibus, et ceterorum bonorum operum exercitiis iugiter incumbant. In dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant. In refectorio pariter reficiantur, cotidie ad collationem veniant. Mox, ut signum datum fuerit, ad ecclesiam omnes festinate veniant, et horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent. Ecclesiam non pompatice, sed reverenter ingrediantur. In choro cum baculis non stent. Vaniloquii nequaquam insistant, sed cum omni devotione et veneratione divine servitutis opus peragant, scientes angelorum presentiam semper

<sup>1</sup> Quod clericis praecipue convenit Deum diligere et proximum, et de conversatione et officio eorum.  
*add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ex CPB; et RM; et collectus L

<sup>3</sup> -ectus CRPV; -ectis B; -ecta M; Epilogus - coll. om. D, with no break

<sup>4</sup> susurratores CPVM; sussorones Fr; non sus. ss V

<sup>5</sup> periurent CPD; peierent [periurent] M

<sup>6</sup> inv. disc. CP; noverint discordantes D; noverint discordes [invenerint discordantes] M

illic adesse. E claustris nonnisi per licentiam egrediantur. Egressi irreprehensibiliter vivant, ut ab his qui foris sunt bonum testimonium habeant, et religionem ac propositum suum actibus illicitis nequaquam maculent. Sed potius omnes quibus se coniunixerint, sale sapientie et bonorum operum exemplis condiant. Contubernia feminarum nullatenus appetant, non vanis oculis, aut petulantи tumidoque gestu ac dissolutis renibus incendant. Non spectaculis, non pompis secularibus intersint, non alee, non quibuslibet venationibus inserviant. Apostoli namque instructi documento, quo ait, Non in veste pretiosa, nequaquam pretiosis delectentur vestibus. Caveant summopere ne extra claustra moras faciant, nisi prout sibi a priore constitutum fuerit, et opportunitas temporis dictaverit. Intra claustra positi non otio vacent, sed aut divinis officiis, aut propriis utilitatibus, aut certe magistrorum pareant iussionibus, ne otio torpentes ab apostolo audiant, Qui non vult operari, nec manducet. Seniores spiritualiter iuniores diligant; iuniores senioribus obsequium dignum exhibeant. Doctiores minus doctis nequaquam se preferant, sed magis eos cum charitate edificant. Neque hi qui nobilitate generis, aut virtutum donis pollent, ceteris se tumide superextollant. Omnes in congregatione vicissim sibi charitatis officio serviant. Quibus etiam in refectorio comedentibus, et religiosissime silentium tenentibus, continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter arguant, et castigent. Pueros et adolescentes negligentes verborum disciplinis corrigant. Singuli secundum capacitatem suam diversarum artium erudiantur disciplinis, ut nullus in collegio canonico inutilis appareat, nec vota fidelium otiosus comedat. Tales quippe esse, imo taliter conversari decet omnes, qui divinis officiis se manciparunt. Quapropter studeant hec breviter collecta sedula meditatione perlegere et memorie commendare, et adiuvante divina gratia, iuxta vires adimplere, quo facilius et liberius maiora a sanctis patribus edita, exequi valeant. Vocatione ergo qua vocati sunt, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, ambulent, quatenus divinis iussionibus obtemperantes, ad Christum, in cuius sorte esse noscuntur, qui via, veritas et vita est, eo opitulante, pervenire mereantur.

## 4

*<sup>1</sup>Isidori in libro officiorum. De tonsura<sup>2</sup>*

Tonsure ecclesiastice usus a Nazareis (ni fallor) exortus est, qui prius crine servato, denuo post vite magne continentiam devotione completa<sup>3</sup>, caput radebant, et capillos in igne sacrificii ponere iubebantur, scilicet ut perfectionem devotionis sue Domino consecrarent. Huius ergo exempli usus ab apostolis introductus est, ut hi qui in divinis cultibus mancipati, Domino consecrantur, quasi Nazarei, id est, sancti Dei crine preciso innoventur. Hoc quippe et Ezechieli prophete iubetur, dicente Domino, Tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum, et duces per caput tuum, et barbam. Videlicet quia et ipse sacerdotali genere Deo in ministerio sanctificationis deserviebat. Hoc et Nazareos illos Priscillam et Aquilam in Actibus apostolorum primum fecisse legimus. Paulum quoque apostolum, et quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu imitandi extiterunt. Est autem in clericis tonsura, signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet ut hoc signo in religione vitia recensentur, et criminibus carnis nostre quasi crinibus exuamur, atque inde innovatis sensibus, ut comis rudibus enitescamus, expoliantes nos, iuxta apostolum, veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum qui renovatur in agnitionem Dei.

<sup>1</sup> De tonsura clericorum. *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Is. - off. De tons. CPD; De tons. Isidorus in libro ecclesiasticorum officiorum M

<sup>3</sup> [devotionem continentia completa, etc.] *add.* M<sup>2</sup>

Quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare. Quod vero de tonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur, sacerdotium regnumque ecclesie in eis existimo figurari. Tiara enim apud<sup>4</sup> veteres constituebatur in capite sacerdotum. Hec ex bisso confecta rotunda erat, quasi sphaera media, et hoc significatur in parte capitinis tonsa. Corona autem latitudo aurei<sup>5</sup> est circuli, que regum<sup>6</sup> capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur etiam quadam corporis similitudine, quod scriptum est, Petro apostolo per docente, Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Queritur autem cur, sicut apud antiquos Nazareos, non ante coma nutritur, et sic tondetur. Sed qui hec exquirunt, advertant quid sit inter illud propheticum velamentum, et hanc evangelii revelationem, de qua dicit apostolus, Cum transieris ad Christum, auferetur velamen. Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Moysi, et aspectum populi Isrel, hoc significabat illis temporibus etiam coma sanctorum. Nam et apostolus comam pro velamento esse dicit. Proinde iam non oportet, ut velentur crinibus eorum capita, qui Domino consecrantur, sed tantum ut revelentur, quia quod erat occultum in sacramento prophetie, iam in evangelio declaratum est.

(lib. II, c. 4).

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> aurei CPD; aurea [aurei] M

<sup>6</sup> in mg. C

## 5

### *II. Item Isidori<sup>1</sup> de ostiariis<sup>2</sup>*

Ostiarii sunt, qui in Veteri Testamento ianitores templi vocabantur; qui preerant portis templi Hierusalem, quique ordinati, per vices suas omnia interiora templi vel exteriora custodiebant. Hi denique inter sanctum et iniquum discernentes,<sup>3</sup> eos tantum in ecclesia qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum nisi per hos non possumus<sup>4</sup>. Habent enim<sup>5</sup> potestatem tam bonos recipiendi, quam reiciendi indignos.

(lib. II, c. 14).

<sup>1</sup> I M

<sup>2</sup> II. It. Isid. de ost. CP; Item. Is. de ost. D; I. de ost. Idem M

<sup>3</sup> hos CPDM; eos Fr

<sup>4</sup> [possunt] add. M

<sup>5</sup> enim CPM; om. D

## 6

### *III. Item Isidori de lectoribus<sup>1</sup>*

Lectorum ordo formam et initium a prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei predican, quibus dicitur, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippe dum ordinantur, primum de eorum conversatione episcopus verbum facit ad populum, deinde coram plebe tradit eis codicem apicum divinorum, ad Dei verbum annuntiandum. Qui autem ad huiusmodi provehitur gradum, iste erit doctrina et libris imbutus, sensumque ac verborum scientia perornatus, ita ut distinctionibus sententiarum intelligat ubi finiatur iunctura, ubi adhuc pendeat oratio, ubi sententia extrema claudatur. Sicque expeditus vim<sup>2</sup> pronuntiationis tenebit, ut ad intellectum

<sup>1</sup> III - lect. CPD; II. De lectoribus. Idem M

<sup>2</sup> [al. usum] add. Fr

omnium mentes sensumque promoveat, discernendo genera pronuntiationum, atque exprimendo proprios sententiarum affectus, modo indicantis voce, modo dolentis<sup>3</sup>, modo increpantibus, modo exhortantibus, sive his similia, secundum genus proprium pronuntiationis, in quo magis<sup>4</sup> illa ambigua sententiarum adhibenda cognitio est. Multa enim sunt in scripturis, que nisi proprio modo pronuntiantur, in contrariam recidunt sententiam, sicuti est, *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui iustificat?*<sup>5</sup> Quod si quasi confirmative, non servato genere pronuntiationis sue, dicatur, magna perversitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac si diceret, *Deusne qui iustificat? Subaudiatur*<sup>6</sup>, non. Necesse est ergo in tantis rebus scientie ingenium, quo proprie singula convenienterque pronuntiantur. Propterea et accentuum vim oportet lectorem scire, ut noverit in qua sillaba vox protendatur pronuntiantis. Plerumque enim imperiti lectores in verborum accentibus errant, et solent irridere nos imperitie hi qui videntur habere notitiam, detrahentes et iurantes penitus nos nescire quod dicimus. Porro vox lectoris simplex erit, clara, ad omne pronuntiationis genus accommodata, plena virili succo, agrestem et subrusticum effugiens sonum, non humilis, nec adeo sublimis, non fracta vel tenera, nihilque feminineum sonans, neque cum motu corporis, sed tantum cum gravitatis specie. Auribus enim et cordi consulere debet lector, non oculis, ne potius ex seipso eos spectatores magis, quam auditores faciat. Vetus opinio est, lectores pronuntiandi causa precipuam curam vocis habuisse, ut exaudiri in tumultu possent. Unde et dudum lectores precones vel proclamatores vocabantur.

(ib. II, c. 11).

<sup>3</sup> [iubentis] add. M

<sup>4</sup> [maxime] add. M

<sup>5</sup> Deus qui iust. in mg. P

<sup>6</sup> [ut subaudiatur] add. M

## 7

### *III. Item<sup>1</sup> Isidori de exorcistis<sup>2</sup>*

In<sup>3</sup> ordine et<sup>4</sup> ministerio ecclesie esse exorcistas, secundum officia que in templo Salomonis erant disposita, queque posterius sunt ab Esdra dispertita invenimus, eosque quos Esdras auctores<sup>5</sup> memorat templi, eos nunc esse exorcistas in ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra actores templi, servorum Salomonis filii qui actum templi totius sub cura sua haberent, aut sacris oblationibus<sup>6</sup> deservirent. Et cum fuissent ex ordine et ministerio templi, longe fuerunt ab officio altaris Dei; quia nec psalmistis nec ostiariis, nec sacrorum servis, attingere licebat munera altaris, nisi tantummodo levitis. Quid ergo est? Nullam aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta tecta sarcienda<sup>7</sup>, ut quecumque fuissent vexata in edificatione templi, aut dilapsa, per eosdem actores de thesauris dominicis reficerentur atque excolerentur. Ergo auctores templi exorciste sunt in populo Dei<sup>8</sup>. Quomodo enim actor prudens et bonus scit, quis sit Domini sui census, et omnis substantie modus, et redigit apud se

<sup>1</sup> ss C

<sup>2</sup> IIII Item Isid. de exorc. CP; III. Item de exorc. D; III De exorcistis. Idem M

<sup>3</sup> primo add. Fr; om. CPLM

<sup>4</sup> et CPM; om. D

<sup>5</sup> auctores CP; actores [autores] M

<sup>6</sup> [actionibus] add. M

<sup>7</sup> [reficienda] add. M

<sup>8</sup> auctores (act- M) templi - populo (templo [populo] M) Dei CPBM; exorciste Dei in populo sunt auctores templi D

totius possessionis instrumenta originalia, sic et exorcista redigit in sua diligentia totius regni Domini secreta, ut memorie mandet de scripturarum sacramentis, unde exerceat, scilicet donum quod illi est a Spiritu sancto concessum, secundum apostoli preconium. Exorcistas enim memorat apostolus, cum dicit, Numquid omnes donationes habent sanacionum. Hi enim cum ordinantur, sicut ait canon<sup>9</sup>, accipient de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos sive catechumenos.  
(ib. II, c. 13).

<sup>9</sup> (conc. Carth. IV, can. 7) add. M<sup>2</sup>

## 8

*V. Item Isidori de acolitis<sup>1</sup>*

Acolithi Grece, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est evangelium, aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, et deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum letitie demonstrandum, ut sub tipo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in evangelio legitur, Erat lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

L. VII, c. 12. Et in conc. Aquisgran. Non reperitur hoc caput in exemplaribus Isidori excusis sed etymolog. etc)

<sup>1</sup> V. Item Isid. de acol. CPBD; IV. De acolythis. Idem. M

## 9

*VI. Item Isidori<sup>1</sup> de subdiaconibus<sup>2</sup>*

Subdiaconi qui apud Grecos hipodiaconi vocitantur, in Esdra inveniuntur appellanturque ibi Nathanei, id est, in humilitate Domino servientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanel<sup>3</sup>, qui in evangelio Iohannis divina proditione commonitus, Salvatorem meruit confiteri, quique etiam ad primum Divinitatis indicium fidelis enituit, protestante Domino ac dicente, Ecce vere Isrelita, in quo dolus non est. Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt a populis. Isti obediunt officiis levitarum, isti quoque vasa corporis et sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit patribus, ut qui sacra mysteria contrectant, casti et continentes sint ab uxoribus, et ab omni carnali immunditia liberi, iuxta quod illis propheta dicente iubetur, Mundamini, qui fertis vasa Domini. Hi igitur cum ordinantur, sicut sacerdotes et levite, manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum et calicem de manu episcopi, et ab archidiacono scipham aque cum aquamanile<sup>4</sup> et manutergium accipiunt.

(ib. II, c. 10).

<sup>1</sup> VI Idem Isid. CBD; VI. Isid. P; V M

<sup>2</sup> Idem add. M

<sup>3</sup> [Nathanei] add. M

<sup>4</sup> aquamanile CVBD; -ili C<sup>2</sup>; -ille P; aqua, manile [aquamanili] M

## 10

*VII. Item Isidori de diaconibus<sup>1</sup>*

Diaconorum ordo a tribu Levi accepit exordium. Precepit enim Dominus Moysi ut, post ordinationem Aaron sacerdotis et filiorum eius, rursus Levi<sup>2</sup> tribus in divini cultus ministerio ordinarentur, et consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, et servirent pro Israel coram Aaron et filiis eius in tabernaculo Dei, excubantes in templo Dei die ac nocte, ipsique gestarent arcum et tabernaculum, et omnia vasa eius, et in circuitu tabernaculi castra ipsi constituerent, et in promovendo tabernaculo ipsi deponerent, rursus ipsi componerent. A viginti quinque annis et supra, in tabernaculo illis servire mandatum est. Quam regulam sancti patres, et in Novo Testamento constituerunt in evangelio autem primordia eorum, in actibus apostolorum ita leguntur, Convocantes autem duodecim apostoli multitudinem discipulorum dixerunt, Non placet nos relinquere verbum Dei, et ministrare mensis. Quid ergo est fratres? Considerate ex vobis viros boni testimonii septem, plenos spiritu sapientie<sup>3</sup>, quos constituamus in hanc rem, nos vero erimus orationi et ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram multitudine, et elegerunt statim Stephanum virum plenum fide et Spiritu sancto, Philippum et Prochorum, Nicanorem et Timonem, Parmenam et Nicolaum advenam Antiochensem. Hos statuerunt ante apostolos, et cum orassent, imposuerunt illis manus, verbumque Dei crescebat, et multiplicabatur numerus credentium. Ex hinc iam decreverunt apostoli, vel successores apostolorum, ut per omnes ecclesias septem diacones, qui sublimiori gradu ceteris, proxime circa aram Christi quasi columne altaris assisterent, et non sine aliquo septenarii numeri misterio. Hi enim sunt, quos in Apocalipsi legimus, septem angeli tuba canentes. Hi sunt septem candelabra aurea; hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce in modum preconis, admonent cunctos, sive in orando, sive in flectendis genibus, sive in psallendo, sive lectiones audiendo. Ipsi etiam ut aures habeamus ad Dominum clamant, ipsi quoque evangelizant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam, sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro sacramenti dispensatio est. Ille orare, hic psallere mandat. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat. Ipsi etiam sacerdotibus propter presumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit a diaconibus. Levite inferunt oblationes in altaria; Levite componunt mensam Domini; Levite operiunt arcum testamenti. Non enim omnes vident alta misteriorum que operiuntur a Levitis, ne videant qui videre non debent, et sumant qui servare non possunt. Qui propterea altario albis induiti assistunt, ut celestem vitam habeant, candidique ad hostias et immaculati accedant, mundi scilicet corpore et incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere ministros qui nullo carnis corrumpantur contagio, sed potius eminentia castitatis splendeant. Quales enim diaconi ordinentur Paulus apostolus plenissime scribit ad Timotheum. Nam, cum premisisset de sacerdotum electione, continuo subiunxit, Diaconi similiter ir reprehensibles, hoc est sine macula, sicut episcopi; Pudici utique, id est, a libidine continentes; non bilingues, scilicet ne conturbent habentes pacem; non multo vino dediti, quia ubi ebrietas, ibi libido dominatur et furor; non turpe lucrum sectantes, ne de celesti misterio lucra terrena sectentur. Est quoque et turpis lucri appetitus, plus de presentibus quam de futuris cogitare. Post hec subiecit, Hi autem probentur primum, et sic ministrant nullum crimen habentes. Hi utique sicut episcopi, ante ordinationem probari debent, si digni sint, et sic postea ministrare.

<sup>1</sup> VII - diacon. CPD; VI. De diaconis. Ibidem M

<sup>2</sup> rursus Levi CPD; Levi [rursus Levi, etc.] M

<sup>3</sup> [Spiritu sancto et sapientia] add. Fr

(lib. II, c. 8).

## 11

*VIII Item Isidori de presbiteris<sup>1</sup>*

Presbiterorum ordo exordium sumpsit, ut dictum est<sup>2</sup>, a filiis<sup>3</sup> Aaron. Qui enim sacerdotes vocabantur in Veteri Testamento, hi sunt qui nunc appellantur presbiteri. Et qui nuncupabantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Presbiteri autem interpretantur seniores, quia seniores etate Greci presbiteros vocant. His enim, sicut episcopis, dispensatio misteriorum Dei commissa est. Presunt enim ecclesie Christi, et in confectione divini corporis et sanguinis consortes cum episcopis sunt. Similiter et in doctrina populorum, et in officio predicandi. Ad solam auctoritatem summi sacerdotii clericorum ordinatio et consecratio reservata est, ne a multis disciplina ecclesie vindicata concordiam solveret, et scandala generaret. Nam Paulus apostolus eosdem presbiteros, ut vere sacerdotes sub nomine episcoporum ita asseverat, loquens ad Titum, Huius, inquit, rei gratia reliqui te Crete, ut ea que desunt corrigas, et constituas per civitates presbiteros, quemadmodum ego tibi disposui. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse. Qua sententia ostendit etiam presbiteros sub episcoporum nomine taxari. Unde ad Timotheum de ordinatione episcopi et diaconi scribens, de presbiteris omnino tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit. Secundus enim primo<sup>4</sup> coniunctus gradus est, sicut et ad Philippenses, episcopis et diaconibus, scribit, cum una civitas plures episcopos habere non possit. Et in actibus apostolorum presbiteros ecclesie, iturus Hierosolimam congregavit, quibus inter cetera, ait, Videte gregem, in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit. Unde etiam tales in ecclesia presbiteros constituendos esse sicut episcopos et apostolus ad Titum loquitur, et canones ipsi testantur; presbiteros autem merito et sapientia dici, non etate<sup>5</sup>. Nam et Moysi precipitur, ut eligat presbiteros. Unde in Proverbiis dicitur, Gloria senum canities. Que est hec canities? Haud dubium quin sapientia, de qua scriptum est, Canities hominum prudentia est. Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alias primus appellatus est presbiter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus annis vixisse convincitur. Non ergo propter decrepitam senectudem, sed propter sapientiam presbiteri nominantur. Quod si ita est, mirum<sup>6</sup> cur insipientes constituuntur.

(lib. 2, ca. 7)

<sup>1</sup> VIII - de presb. PBD; Item Isidori de presb. VIII C; VII. De presbyteris. Idem [Ibidem Fr] M

<sup>2</sup> exordium - est CPM; ut dictum est exord. sumpsit D

<sup>3</sup> Israhel add. and canc. D

<sup>4</sup> [al. et pene] add. Fr

<sup>5</sup> (Anacletus, Ep. 2, c. 2) add. Fr

<sup>6</sup> [miror] add. M

**12**

*Ex concilio Carthaginensi IV,<sup>1</sup> huic<sup>2</sup> interfuit Augustinus. Qualiter debent<sup>3</sup> ordinari presbiteri*

Presbiter, cum ordinatur, episcopo eum benedicente et manum super caput eius tenente, etiam omnes presbiteri qui presentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant.

*Ctp 2.18.3] IP 3.33 (Dist. 23, cap. Presbyter.)*

<sup>1</sup> cap. 3 add. M, om. CPDH

<sup>2</sup> huic CPDH; cui M

<sup>3</sup> -ent CPDH; -eant M

**13**

*Quemadmodum diacones constituantur<sup>1</sup>, cap. 4.*

Diaconus, cum ordinatur, solus episcopus qui eum benedit, manus<sup>2</sup> super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

*Ctp 2.18.4] IP 3.34 (Dist. 23, cap. Diaconus.)*

<sup>1</sup> Quemadm. - const. CPDH; Qualiter ordinandi sint diaconi. Ibidem M

<sup>2</sup> -us CPDM; -um Fr

**14**

*Quemadmodum subdiaconi ordinentur<sup>1</sup>*

Subdiaconus, cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam<sup>2</sup> de manu episcopi accipiat vacuam et calicem vacuum<sup>3</sup>. De manu vero archidiaconi accipiat urceolum cum aqua et aquamanile ac<sup>4</sup> manutergium.

*Ctp 2.18.5] IP 3.35 (Dist. 25, cap. Subdiaconus.)*

<sup>1</sup> Quemadm. - ord. CPDH; De ordinatione subdiaconorum. Ibidem M; cap. 5 add. DM

<sup>2</sup> patenam CPHM; calicem D

<sup>3</sup> vacuam et cal. vacuum CPHM; vacuum et patenam vacuum D

<sup>4</sup> cum aqua et aquam. ac CPH; cum aqua et aquam et manile et D; cum aqua, manile et M

**15**

*Quemadmodum acolithi ordinentur<sup>1</sup>, cap. 6<sup>2</sup>*

Acolitus, cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter<sup>3</sup> in officio suo agere beat; sed ab<sup>4</sup> archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesie luminaria mancipari. Accipiat et urceolum vacuum ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi.

*Ctp 2.18.6] IP 3.36 (Dist. 23, c. Acolythus.)*

<sup>1</sup> Quemadm. - ord. CPD; De ordinatione acolythorum M

<sup>2</sup> cap. 6 RPBDHM; 6 cap. C

<sup>3</sup> in mg. C

<sup>4</sup> ss C

**16**

*Qualiter exorciste constituantur<sup>1</sup>, cap. 7<sup>2</sup>*

Exorcista, cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo, Accipe et commenda memorie, et habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum<sup>3</sup>.

*Ctp 2.18.7] IP 3.37 (Dist. 23, c. Exorcista.)*

<sup>1</sup> Qual. - const. CPD; Qualiter – ordinentur H; De ordinatione exorcistarum M

<sup>2</sup> cap. 7 RPDM; 7 cap. C; 7 B

<sup>3</sup> -num et -tum et -num CPM; -nos et -tos et -nos D

**17**

*Qualiter lectores fiant<sup>1</sup>, cap. 8*

Lector, cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam atque ingenium. Post hec spectante plebe tradat ei codicem, de quo lectorus<sup>3</sup> est, dicens, Accipe et esto relator verbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverint.

*Ctp 2.18.8] IP 3.38 (Dist. 23, c. Lector.)*

<sup>1</sup> Qual. - fiant CPDH; De ordinatione lectorum M

<sup>2</sup> B lacks text of c17, insc. of c18

<sup>3</sup> lect- PDM; locut- C

**18**

*Qualiter ostiarii ordinentur<sup>1</sup>, cap. 9<sup>2</sup>*

Ostiarius, cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi tradit ei episcopus claves ecclesie de<sup>3</sup> altario, dicens ei, Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, que istis clavibus recluduntur.

*Ctp 2.18.9] IP 3.39 (Dist. 23, c. Ostiarius.)*

<sup>1</sup> Qual. - ord. CPDH; De ordinatione ostiariorum M

<sup>2</sup> B lacks insc.

<sup>3</sup> after corr. P

**19**

*Qualiter psalmiste<sup>1</sup>, cap. 10*

Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi, sola iussione presbiteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero, Vide ut quod ore cantas, corde credas; et quod corde credis, operibus probes.

*Ctp 2.18.10] IP 3.40 (Dist. 23, c. Psalmista.)*

<sup>1</sup> psalmiste CPDH; psalmista ordinetur M

## 20

*<sup>1</sup>Incipit epistola Isidori episcopi Hispalensis<sup>2</sup> ad Ludefredum<sup>3</sup> Cordubensem  
episcopum directa*

Perlectis sanctitatis tue litteris gavisus sum quod optatam salutem tuam earum relatu cognovi. De his autem<sup>4</sup> in consequentibus insinuare eloquii tui sermo studuit, gratias ago Deo<sup>5</sup> quod sollicitudinem officii pastoralis<sup>6</sup> impendis, qualiterque ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentie vestre<sup>7</sup> sint cognita, tamen, quia affectu fraterno me consulis, ex parte qua<sup>8</sup> valeo expediam, et de omnibus ecclesie gradibus quid ad quem<sup>9</sup> pertineat eloquar. Ad ostiarium namque pertinent claves ecclesie, ut claudat et aperiat templum Dei, et omnia que sunt intus extraque custodiatur, fideles recipiat, excommunicatos et infideles excipiat. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos et catechumenos in exorcizando imponere. Ad acolitum pertinet preparatio luminariorum in sacrario. Ipse cereum portat, ipse suggesta<sup>10</sup> pro eucharistia calicis<sup>11</sup> preparat. Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium<sup>12</sup>, responsoria, et quicquid pertinet ad cantandi peritiam. Ad lectorem pertinet lectiones pronuntiare, et ea que prophete vaticinaverunt populis predicare. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam<sup>13</sup> ad altare Christi deferre, et levitis tradere eisque<sup>14</sup> ministrare. Urceolum quoque et aquamanile<sup>15</sup> et manutergium tenere, episcopo et<sup>16</sup> presbitero, et levitis pro<sup>17</sup> lavandis ante altare manibus aquam prebere. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus que aguntur in<sup>18</sup> sacramentis Christi, in baptismo scilicet<sup>19</sup>, in chrismate, in patena et calice; oblationes quoque inferre et disponere in altare<sup>20</sup>, componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, et predicare evangelium, et apostolum<sup>21</sup>. Nam sicut lectoribus Vetus Testamentum, ita diaconibus Novum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum<sup>22</sup> et recitatio nominum. Ipse premonet<sup>23</sup> aures<sup>24</sup> ad Dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat, et pacem ipse annuntiat. Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario Dei conficere<sup>25</sup>,

<sup>1</sup> Qualiter ecclesiastica officia ordinentur, et in omnibus gradibus quid ad quemque pertineat. *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Incipit - Hisp. CP; Epist. Isid. ep. Bipsalensis D; Epist. Isid. Hisp. ep. M

<sup>3</sup> Ludefredum CP?M; Iubestum D

<sup>4</sup> que *add. P<sup>2</sup>M, om. CPVDB*

<sup>5</sup> ago Deo CPM; Deo ago D

<sup>6</sup> sol. off. past. CPM; off. past. sol. D

<sup>7</sup> vestre CPDM; tue Fr

<sup>8</sup> qua CPM; que D

<sup>9</sup> -que *add. Fr, om. CPDM*

<sup>10</sup> [al. vasa sug.] *add. Fr*

<sup>11</sup> [calices subdiaconis] *add. Fr*

<sup>12</sup> [al. laudis sacrific.] *add. Fr*

<sup>13</sup> *corr. fr. -tin-* D

<sup>14</sup> -que ss C

<sup>15</sup> et aquamanile C; et aquamanilem PB; et aquemanilem VD; cum aqua, manile M

<sup>16</sup> ep. et CPD; episcopo M; episcopoque Fr

<sup>17</sup> presb. et lev. pro CPM; lev. et pres. et D

<sup>18</sup> ecclesia Dei videlicet in *add. D, om. CPM*

<sup>19</sup> scilicet CPM; *om. D*

<sup>20</sup> -are CPDB; -ari C<sup>2</sup>M

<sup>21</sup> [forte epistolam] *add. Fr*

<sup>22</sup> *corr. fr.* precium D

<sup>23</sup> premonet CPM; preponit D

<sup>24</sup> habere *add. M, om. CPD*

<sup>25</sup> *corr. fr.* perf- D

orationes dicere, et benedicere dona Dei. Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctionis altaris et confectio chrismatis. Ipse predicta officia et ordines ecclesiasticos<sup>26</sup> distribuit, ipse sacras virgines benedicit. Et dum precessit unusquisque in singulis, ipse tamen est preordinator<sup>27</sup> in cunctis. Hi sunt ordines et ministeria clericorum, que tamen auctoritate pontificali in archidiaconi cura, et primicerii ac<sup>28</sup> thesaurarii sollicitudine dividuntur. Archidiaconus enim imperat subdiaconis et levitis, ad quem ista pertinent<sup>29</sup> ministeria, ordinatio vestiendi altaris a levitis, cura incensi, et sacrificii necessaria sollicitudo, quis levitarum apostolum<sup>30</sup> et evangelium legat, quis preces dicat seu responsorium in dominicis diebus aut solemnatum<sup>31</sup> decantet. Sollicitudo quoque parochiarum et ordinatio et iurgia ad eius pertinent curam; pro reparandis diocesanis basilicis, ipse suggerit sacerdoti. Ipse inquirit parochias cum iussione episcopi, et ornamenta, vel res<sup>32</sup> basilicarum vel parochiarum, gesta libertatum ecclesiasticarum episcopo idem refert. Collectam pecuniam de communione ipse accipit, et episcopo defert, et cleri<sup>33</sup> partes proprias idem distribuit. Ab archidiacono nuntiantur episcopo excessus diaconorum. Ipse denuntiat sacerdoti in sacrario ieuniorum dies atque solemnatum, et ab ipso publice in ecclesia predicanter<sup>34</sup>. Quando vero archidiaconus absens est, vicem eius diaconus sequens adimpleret.<sup>35</sup> Ad primicerium pertinent acoliti, exorciste, psalmiste atque lectores, signum quoque dandum pro officio clericorum, pro vite honestate, et officium cantandi<sup>36</sup>, et peragendi sollicite<sup>37</sup> lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, et responsoria, quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque et modus psallendi in choro pro solemnitate et tempore, ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basilicarum que sunt in urbe, ipse denuntiat<sup>38</sup> sacerdoti. Epistolas episcopi pro diebus ieuniorum parochianis per ostiarios ipse dirigat. Clericos quos delinquare cognoscit ipse distringat, quos vero emendare non valet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat. Basilicarios iste<sup>39</sup> constitutus, et matriculas ipse disponat. Quando autem primicerius absens est, ea que predicta sunt ipse exquirat, qui ei aut longe<sup>40</sup> est proximus, aut eruditio his explendis certus. Ad thesaurarium<sup>41</sup> pertinet ostiarii basilicarum ordinatio, incensi preparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterii ordinandi, preparatio luminariorum in sacrificio et sacrificii<sup>42</sup>

<sup>26</sup> ipse add. and canc. P<sup>27</sup> est pre. CPD; pre. est M<sup>28</sup> ac CPM; aut D<sup>29</sup> ista pert. CP; pert. ista DM<sup>30</sup> [Gratianus, epistolam] add. Fr<sup>31</sup> -tum CPBDM; -tem Fr<sup>32</sup> res CP<sup>2</sup>VBDM; vires P<sup>33</sup> cleri CDM; clericis BFr; cleris PV<sup>34</sup> [praedicatur] add. Fr<sup>35</sup> Archipresbyter se esse sub archidiacono, eiusque praecepsis sicut episcopi sui obediens sciatur, et quod specialiter ad eius ministerium pertinet, super omnes presbyteros in ordine positos curam gerere, et assidue in Ecclesia stare, et quando episcopi sui absentia contigerit, ipse vice eius missarum solemnia celebret, et collectas dicat, vel cui ipse iniunxit. add. M., om. CRPV [Haec non habentur in codice regio suspectaque mihi perpetuo visa sunt quod archipresbyter subdatur archidiaconis quod vetustum non esse, in canonibus conciliorum vel mediocriter versatus nemo ignorat. Io. Molinaeus] add. M<sup>2</sup><sup>36</sup> [officii meditandi] add. Fr<sup>37</sup> sollicite CPM; sollicitare D<sup>38</sup> -iat CPD; -iet M<sup>39</sup> iste CPD; ipse M<sup>40</sup> longe CPBDM; lege Fr<sup>41</sup> -aurarium P<sup>2</sup>VBM; -aurum CP -aurum ecclesie D<sup>42</sup> [al. sacrario et sacrificiis.] add. Fr

Ctp 3.10.1; IP 3.41 (Dist. 25, c. Perlectis.)

## 21

*Ex concilio Nannetensi, cap. 3*

Episcopus quando ordinationes facere disponit, omnes qui ad sacram ministerium<sup>2</sup> accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationem evocandi sunt ad civitatem una cum presbiteris<sup>3</sup> qui eos representare debent. Et tunc episcopus e latere suo<sup>4</sup> eligere debet sacerdotes, et alias prudentes viros gnoscos legis divine, et exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam, genus, patriam, etatem, institutionem, locum ubi educati<sup>5</sup> sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter investigent. Ante omnia si fidem catholicam firmiter teneant, et verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem quibus<sup>6</sup> committitur cavere debent, ne aut favoris gratia aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a vero devient, ut indignum et minus idoneum, ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille qui indigne accesserit<sup>7</sup> ab altari removebitur, et illi qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam<sup>8</sup> condempnati, ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter<sup>9</sup> examinentur, et sic sabbato qui probati inventi sunt episcopo represententur<sup>10</sup>.

[cap. 6].BD 2.1] Ctp 3.10.2; IP 3.21 (Dist. 24, c. Quando episcopus.)

<sup>1</sup> Qualiter ordinandi ab episcopo examinandi sint. add. as rubr. M

<sup>2</sup> ministerium CPHM; mysterium D

<sup>3</sup> [al. archipresb.] add. Fr

<sup>4</sup> ep. e latere suo CPH; a latere suo ep. D; ep. a latere suo M

<sup>5</sup> -ati CBDHM; -andi P

<sup>6</sup> hoc add. Fr, om. CPDM

<sup>7</sup> ind. acc. (corr. fr. -int P) CPM; acc. ind. D

<sup>8</sup> ss D

<sup>9</sup> dil. CPDM; om. Fr

<sup>10</sup> corr. fr. -sentur P

## 22

*Que presbiteri necessario discere et scire debeant. Ex dictis Augustini*

Que ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum, id est liber sacramentorum, lectionarius, baptisterium, computus, canon penitentialis, psalterium, homilie<sup>1</sup> per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus apte. Ex quibus omnibus si unum defuerit sacerdotis nomen vix in eo<sup>2</sup> constabit, quia valde periculose sunt mine evangelice quibus<sup>3</sup> dicitur. Si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt.

Cap. Haito c. 15; BD 2.2] IP 3.24

<sup>1</sup> after corr. P

<sup>2</sup> vix in eo CPD; in eo vix M

<sup>3</sup> quia valde - quibus CPM; quod valde periculose est quod in evangelio D

**23**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex epistola<sup>2</sup> Zepherini pape, fratribus per Egiptum<sup>3</sup> missa, cap. 10<sup>4</sup>*

Ordinationes vero presbiterorum et levitarum<sup>5</sup>, tempore congruo et multis coram<sup>6</sup> astantibus<sup>7</sup> solemniter agite, et probabiles ac<sup>8</sup> doctos viros ad hoc constituite<sup>9</sup>, ut<sup>10</sup> illorum societate et adjumento plurimum gaudeatis<sup>11</sup>.  
*[23].Ps. Remed. 42; BD 2.3] (Dist., 75, c. Ordinationes.)*

<sup>1</sup> De ead. re CPDH; om. B; De ordinationibus presbyterorum ac diaconorum M

<sup>2</sup> 2 add. M

<sup>3</sup> -ptum CVBDHM; -ptiis P

<sup>4</sup> 10 CPBHM; 11 D

<sup>5</sup> et levitarum CPBDH; diaconorum [et levitarum] M

<sup>6</sup> ss D

<sup>7</sup> astantibus CPBDH; positis [adstantibus] M

<sup>8</sup> ac CBHM; et PVD

<sup>9</sup> [ad hoc opus provehite c 52] add. Fr

<sup>10</sup> de add. Fr, om. CPDM

<sup>11</sup> plur. gaud. CPBHM; gaud. plur. D

**24**

*Quod ordinationes fieri non debeant, nisi in loco certo et religioso. Ex concilio Meldensi, cap. 6*

Si<sup>1</sup> qui ordinari petuntur<sup>2</sup>, nullatenus ordinentur, nisi in loco certo et religioso, vel etiam in civitate, saltem uno anno immorentur, ut de vita et conversatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci<sup>3</sup>.  
*[52] BD 2.4] IP 3.26*

<sup>1</sup> Si CRPDM; Hi H

<sup>2</sup> -untur CPHD; -unt M

<sup>3</sup> agn- CPBHM; cogn- D

**25**

*Quod Abraham primus sit appellatus<sup>1</sup> presbiter, et cur presbiter nominetur<sup>2</sup>. Ex<sup>3</sup> epistola Anacleti pape omnibus episcopis in Italia constitutis missa<sup>4</sup>, cap. 22<sup>5</sup>*

Porro et Moysi precipitur ut eligat presbiteros, id est seniores. Unde et in Proverbiis dicitur, Gloria senum canities. Hec vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est, Canities hominum prudentia est. Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legimus, nullus alias primus appellatus est presbiter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbiteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedech prior obtulit sacrificium Deo, et post hec<sup>6</sup> Abraham, Isaac, et Iacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt.  
*(epist. 2, c. 2) BD 2.5] (Dist. 84, c. Porro et Moysi.)*

<sup>1</sup> sit app. CPBD; app. sit M

<sup>2</sup> -etur CPBM; -atur D

<sup>3</sup> Ex CVDM; om. P

<sup>4</sup> missa CPD; om. M

<sup>5</sup> Ex - 22 om. B

<sup>6</sup> [post hunc] add. M

**26**

*Quod nullus ex<sup>1</sup> ecclesiastico ordine absolute debeat ordinari<sup>2</sup>. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 6<sup>3</sup>*

Nullum absolute ordinari debere presbiterum<sup>4</sup> aut diaconum, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesie, civitatis, aut possessionis, aut martirii, aut monasterii cui ordinandus est, pronuntietur. Qui vero absolute ordinantur, decrevit sinodus irritam haberi huiuscemodi manus impositionem, et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam.

(actione XV).BD 2.6] IP 3.27 (Dist. 70, c. Neminem.)

<sup>1</sup> ex CP<sup>2</sup>VBH; om. PD

<sup>2</sup> nullus - ord. CPBHD; nulli ordinandi sint, nisi alicubi attulati sint M

<sup>3</sup> 6 CBDHM BD; 11 PV

<sup>4</sup> deb. pr. CPBM; pr. deb. D

**27**

*Quod sub aspectu audientium ordinationes celebrari non debeant<sup>1</sup>. Ex concilio Laodicensi, cap. 4*

Quod non oporteat ordinationes sub audientium aspectu celebrari<sup>2</sup>.  
BD 2.7]

<sup>1</sup> Quod - debeant CPD; non oporteat ordinationes celebrari sub aspectu audientium M

<sup>2</sup> (De catechumenis sentit, quos audientes vocat) add. M<sup>2</sup>

**28**

*Quod turbis electionem promovendorum facere non liceat<sup>1</sup>. Ex eodem, cap. 13<sup>2</sup>*

Quod non sit permittendum turbis electiones<sup>3</sup> eorum facere qui sunt ad sacerdotium provehendi.

BD 2.8] (Dist. 63, c. Non est permittendum.)

<sup>1</sup> turbis (turbibus D) - lic. CPBD; electione turbarum sacerdos promovendus non est M

<sup>2</sup> Ex eodem cap. 13 PBM BD; om. C (cf c29); Ex conc. Meldensi, cap. 15 D

<sup>3</sup> turbis electiones CPM; turbis electionem B; turbibus electionem D

**29**

*Quod episcopum vel<sup>1</sup> presbiterum ante triginta annos ordinare<sup>2</sup> non liceat<sup>3</sup>. Ex eodem, cap. 13<sup>4</sup>*

Episcopum vero<sup>5</sup> vel presbiterum, ante triginta annos<sup>6</sup>, id est antequam ad viri perfecti etatem<sup>7</sup> perveniat<sup>8</sup> nullus metropolitanorum ordinare presumat, ne per etatem (quod aliquotiens evenit) aliquo errore detineantur<sup>9</sup>.

<sup>1</sup> vel.CBDHM BD; om. PV

<sup>2</sup> ordinare CPBHD; ordinari M; et diaconos ante 25 annos ordinari Fr

<sup>3</sup> -eat CPBD; -et M

<sup>4</sup> Ex eodem cap. 13 (14 M) CM; Ex conc. Laodicensi cap. xiii H; om. PVBD

<sup>5</sup> vero CPBH; om. DM

<sup>6</sup> annos trig. marked for reversal D

<sup>7</sup> perfecti etatem CPBDH; perfectionem [perfecti aetatem] M

<sup>8</sup> et diaconos ante 25 add. Fr, om. CPBDM

<sup>9</sup> [culpantur] add. M

(conc. Agat., c. 17.) BD 2.9] IP 3.28 (Dist. 77, c. Episcopus.)

### 30

*De presbiteris qui ante triginta<sup>1</sup> annos ordinantur<sup>2</sup>. Ex decretis Fabiani pape  
orientalibus missis*

Si quis triginta etatis sue non impleverit annos, nullo modo presbiter ordinetur, etiam si valde sit dignus; quia et ipse Dominus triginta annorum baptizatus est, et sic cepit docere. Non<sup>3</sup> oportet ergo eum qui ordinandus est usque<sup>4</sup> ad<sup>5</sup> hanc etatem legitimam consecrari.

BD 2.10] IP 3.29 (Dist. 78, c. Si quis.)

<sup>1</sup> trig. CPBD; 25 M

<sup>2</sup> presb. - ord. CRPBD; Presb. ante triginta annos non ordinandis H; eadem re M

<sup>3</sup> Non CPBM; om. D

<sup>4</sup> usque CPBM; om. D

<sup>5</sup> short erasure follows P

### 31

*Quod ante viginti quinque annos diaconi non sint ordinandi. <sup>1</sup>Carthaginensi concilio<sup>2</sup>,  
cap. 16<sup>3</sup>*

Placuit ut ante viginti quinque annos etatis nec diaconi ordinentur nec virgines consecrentur, et ut lector populum non salutet.

(Carth. III, c. 4). BD 2.11] IP 3.30 (Dist. 77, c. Placuit.)

<sup>1</sup> Ex add. MD

<sup>2</sup> Cart. conc. CPBM; conc. Cart. D; Ex conc. Karthag' H

<sup>3</sup> 16 CPB; 7 D; 20 M

### 32

*Quod in veteri lege precipiatur<sup>1</sup> ut ante viginti quinque annos levite in tabernaculo  
non serviant<sup>2</sup>. Ex concilio Toletano V<sup>3</sup>, cap. 20<sup>4</sup>*

In veteri lege ab anno 25 levite in tabernaculo servire precipiuntur; cuius auctoritatem in canonibus sancti patres<sup>5</sup> secuti sunt. Nos et divine legis, et conciliorum precepti immemores, infantes et pueros levitas facimus, ante legitimam etatem, et ante experientiam vite. Ideoque ne ulterius fiat a nobis, et divine legis, et canonum admonemur sententiis, sed 25 annorum diaconi<sup>6</sup> ordinentur, ita ut secundum apostolicum preceptum probentur primum, et sic ministrent nullum crimen habentes.

BD 2.12] IP 3.31 (Dist. 77, c. In veteri lege, num. 8.)

<sup>1</sup> -iatur CP; -iebatur D

<sup>2</sup> Quod - servant CPD; De eadem re M

<sup>3</sup> V CPD; IV M

<sup>4</sup> 20 CPBDFr; 19 M

<sup>5</sup> in can. s. patres CPM; s. patres in can. D

<sup>6</sup> diac. CDM; presbiteri PB

**33**

*De presbiteris qui<sup>1</sup> sine examine sunt provecti<sup>2</sup>. Ex concilio Niceno, cap. 9*

Si qui presbiteri sine examine sunt provecti, id est, cum discuterentur peccata sua confessi sunt, et homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentaverunt, tales regula non admittit, quia quod irrehensibile est, catholica defendit ecclesia.

*BD 2.13] (Dist. 81, c. Si qui sine.)*

<sup>1</sup> qui CPHD; om. M

<sup>2</sup> sunt provecti CPDH; provectis M

**34**

*De clericis qui a<sup>1</sup> medicorum incisione claudi efficiuntur. Ex concilio Hilerdensi, cap. 20<sup>2</sup>*

Si quis in infirmitate positus clericus, in medicorum incisione claudus efficitur, promoveri eum ad sacros ordines non denegamus<sup>3</sup>.

*(habetur in fragmentis huius concilii). BD 2.15] IP 3.42 (Dist. 55, c. Si quis.)*

<sup>1</sup> a CPDH; om. M

<sup>2</sup> 20 CPHM; 30 D

<sup>3</sup> after complex corr. P

**35**

*De illis qui invidens fratrum provectionibus. Ex concilio Africano, cap. 54<sup>1</sup>*

Clericus invidens fratrum provectionibus, donec in vitio est, non promoveatur. *(conc. Carth., IV, c. 54). BD 2.16] (Dist. 46, c. Clericus invidens.)*

<sup>1</sup> 54 CPM; 4 D

**36**

*Ut seditionarii non ordinantur. Ex eodem, cap. 67*

Seditionarios<sup>1</sup> nunquam ordinari<sup>2</sup> clericos decernimus, sicut nec usurarios, vel<sup>3</sup> iniuriarum suarum ultores.

*BD 2.17] (Dist. 46, c. Seditionarios.)*

<sup>1</sup> Sed- CPHM; Med- D; Ded- L

<sup>2</sup> -ari CPDM; -andos Fr

<sup>3</sup> vel CPHM; nec DFr

**37**

*Quod illitteratus, et aliquo membro imminutus provehi non debeat. Ex epistola Gelasii pape, cap. 16*

Illitteratos quoque, aut<sup>1</sup> aliqua parte corporis imminutos nullus presumat ad clerum<sup>2</sup> provehere; quia nec litteris carens sacris<sup>3</sup> esse potest aptus officiis, et

<sup>1</sup> in add. DM, om CP

<sup>2</sup> clerum P<sup>2</sup>VDLHM; cl'r C; clericum PB

<sup>3</sup> sacrис CPM; om. D

vitiōsum nihil Deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt<sup>4</sup>. Similiter qui seipso  
abscidunt.

(epist. 9 universis episcopis per Lucaniam, cap. 18). BD 2.18] IP 3.47

<sup>4</sup> corr. to sancx- P

### 38

*De bonis illorum qui a dominis propriis<sup>1</sup> libertate donantur. Ex concilio Toletano,  
cap. 2*

De rebus vero illorum vel peculiari, qui a dominis propriis libertate donantur,  
ut ad gradus ecclesiasticos promoveri debeant, statutum est, ut in potestate  
dominorum consistat, quicquid ante libertatem habuerunt, utrum illis concedere  
voluerint, an sibi retinere.

BD 2.23]

<sup>1</sup> dom. prop. CPD; prop. dom. M

### 39

*De filiis concubinarum. Ex concilio Aurelianensi<sup>1</sup>, cap. 10*

De his qui ex concubinis filios habent, et uxores legitimas post habuerint, et  
defunctis uxoribus sibi concubinas publice sociant, id observandum censuimus, ut  
sicut eos qui iam clerici per ignorantiam ordinati sunt, non removemus, iam statuimus  
ne ulterius ordinentur.

(Aurel. III, c. 9). BD 2.19]

<sup>1</sup> Aurel. PBD BD; Arelatensi CH; Aurel. [Arelatensi] M

### 40

*Ut demonibus similibusque<sup>1</sup> passionibus irretiti sacra tractare non debeant<sup>2</sup>. Ex  
epistola Gelasii pape, cap. 19<sup>3</sup>*

Usque adeo sane comperimus illicita queque prorumpere, ut demonibus<sup>4</sup>  
similibusque passionibus irretitis, misteria sacrosanta tractanda tribuantur. Et post  
pauca. Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina  
permisit, quanto magis doni celestis dispensatores esse non convenit (quod est  
deterius) mente percusos<sup>5</sup>.

(epist. universis episc. per Lucaniam, cap. 21). BD 2.20] (Dist. 33, c. Usque adeo.)

<sup>1</sup> -que ss D

<sup>2</sup> tract. non deb. CPD; non tractent M

<sup>3</sup> 19 CPDM; 21 Fr

<sup>4</sup> [daemonicus] add. Fr

<sup>5</sup> -ulsos CDM; -ussos PVB

**41**

*Ut<sup>1</sup> de servili conditione nisi prius a dominis propriis libertatem habeant nulli<sup>2</sup> ordinentur. Ex concilio Triburiensi, cap. 5*

Ut nulli de servili conditione ad sacros ordines promoveantur, nisi prius a dominis propriis legitimam<sup>3</sup> libertatem consequantur. Cuius libertatis carta ante<sup>4</sup> ordinationem in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro servus non canonice consecratus postquam de gradu deciderit, eius conditionis sit cuius fuerat ante gradum.

(Cap. 29) BD 2.21] Ctp 3.10.3; IP 3.48 (dist. 54, c. Nulli.)

<sup>1</sup> nulli add. PM, om. CVBD

<sup>2</sup> a dominis - nulli (non H) CRPDH; liberi facti M

<sup>3</sup> legit. CPM; om. D

<sup>4</sup> ss over erasure D

**42**

*<sup>1</sup>Ex concilio Carthaginensi*

Si qui clerci ab episcopis suis promoveri contempserint, nec illic maneat, unde recedere noluerunt.

(Cap. 31) Ctp 3.10.4 (dist. 74, c. Si qui.)

*<sup>2</sup>Cap. 31*

Placuit ut quicumque clerci vel diaconi pro necessitatibus ecclesiasticarum rerum non obtemperaverint episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promovere, nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.  
BD 2.178] Ctp 3.10.5 (Dist 74, c. Placuit.)

<sup>1</sup> Ut qui ab episcopis suis promoveri contemnunt, nec cum illis remaneant ubi volunt. add. as rubr. M

<sup>2</sup> Ex eodem concilio add. as rubr. M

**43**

*<sup>1</sup>Ex registro Gelasii pape*

Qui proficere noluerunt, suis reddantur inferioribus posteriores, ipsaque commoda presbiteri propensius quam diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti et honorem quem fugiunt, appetere nitantur et questum.

CB Varia II 86; Ctp 1.46.22]

<sup>1</sup> De eadem re. add. as rubr. M

**44**

*Presbiteri septuaginta discipulorum<sup>1</sup>. Anacletus papa<sup>2</sup> in secundo<sup>3</sup> decretali<sup>4</sup>*

Electi ab apostolis sunt septuaginta<sup>5</sup> discipuli, quorum tipum gerunt presbiteri, atque in eorum loco sunt constituti in ecclesia, de quorum ordinatione, et reliquorum ministrorum supra dixisse sufficiat.

(ep. 2, c. 2). cf Ctp 1.2.15 med.]

<sup>1</sup> Presbyteri septuaginta discipulorum CPB; Pres. sept. disc. tipum gerant D; Quod presbyteri septuaginta discipulorum typum gerant M

<sup>2</sup> papa CPM; om. D

<sup>3</sup> added in black D

<sup>4</sup> suo add. M

<sup>5</sup> duo add. Fr

**45**

*'Quanto meliores<sup>2</sup> sunt sacerdotes, tanto facilius exaudiri<sup>3</sup>. Alexander in secundo<sup>4</sup> decretali<sup>5</sup>*

Ipsi sacerdotes pro populo interpellant et peccata condemnant<sup>6</sup>, quia suis precibus ea delent atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessi tatiibus pro quibus clamant exaudiuntur.

(1, q. 1, c. Ipsi sacerdotes.) Ctp 1.4.6]

<sup>1</sup> Quod add. M

<sup>2</sup> mel. CPD; digniores M

<sup>3</sup> exaud. CPD; exaudiantur M

<sup>4</sup> in black in mg. D

<sup>5</sup> suo add. M

<sup>6</sup> condemnant CPD; comedunt M; populi comedunt Fr

**46**

*Ne clericus comam nutritat. Anicius papa*

Prohibete, fratres, per universas<sup>1</sup> regionum vestrarum<sup>2</sup> ecclesias, ut clerici, iuxta apostolum, comam non nutrient, sed desuper caput in modum sphere radant. (Anicetus IV ep. Gallie). Ctp 1.9.7] (Dist. 23, c. Prohibete.)

<sup>1</sup> -ersas CPH; -ersarum DM

<sup>2</sup> vestr- CPHM; nostr- D

**47**

*Quales et qualiter ordinandi sint<sup>1</sup> sacerdotes. Zephirinus papa in primo decretali suo<sup>2</sup>*

Ordinationes vero presbiterorum et levitarum tempore congruo et multis coram astantibus solemnitate agite, et probabiles ac doctos viros ad hoc opus provehite, ut de eorum societate et adjumento plurimum gaudeatis. Ponite indesinenter corda vestra in virtute Dei, et enarrate hec, et cetera divina verba in progenies alteras, quoniam hic est Deus Deus noster in eternum, et ipse reget nos in secula.

(vide supra, c. 23). Ctp 1.13.3]

<sup>1</sup> sint CP?M; sunt D

<sup>2</sup> suo CBDM; om. PV

**48***De lapsis<sup>1</sup>. Calixtus papa Benedicto episcopo<sup>2</sup>*

Si quis lapsus quoquomodo fuerit, portemus eum, et fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus apostolus, Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu levitatis, considerans te ipsum ne et tu tenteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi. Porro sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam, et tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrimas fudit, quando Dominum negasse penituit, sed tamen apostolus permansit. Et Dominus per prophetam peccantibus pollicetur dicens, Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor.

*Sacerdotes per penitentiam redire post lapsum<sup>3</sup>*

Errant enim qui putant sacerdotes post lapsum si condignam egerint penitentiam Domino ministrare non posse, et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant non solum errant, sed etiam traditas ecclesie claves despiceret videntur, de quibus dictum est, Quicumque solveritis in terra erunt soluta et in celo. Alioquin hec sententia aut Domini non est, aut vera<sup>4</sup>. Nos vero<sup>5</sup> indubitanter tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus, testante Domino per prophetam, Numquid qui cadit non adiciet ut resurgat? Et qui aversus est non revertetur? Et alibi. Nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Et propheta David penitentiam agens dicit, Redde mihi letitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Ipse namque post penitentiam et alios docuit, et sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sancte ecclesie si lapsi fuerint, et condignam penitentiam Deo gesserint utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit, Doceam<sup>6</sup> iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat, Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

(epist. 2 ad omnes Galliarum episcopos) Ctp 1.14.9-10] IP 3.148 from Errant qui putant - spiritus contribulatus, but has more.

<sup>1</sup> et eorum reparatione add. M

<sup>2</sup> Cal. papa Ben. ep. CPM; Ben. ep. Cal. papa D

<sup>3</sup> Sac. - lapsus CPV; Quod sac. - lapsus possunt H; om. BDM

<sup>4</sup> est add. M, om. CPBD

<sup>5</sup> ss C

<sup>6</sup> -eam CPH; -ebo DM

**49***Non prohibendam esse misericordiam<sup>1</sup>*

Sententiam<sup>2</sup>, fratres, que misericordiam vetat, non solum tenere, sed et audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustibus et sacrificiis.

(eadem epist. sub finem) Ctp 1.14.11] IP 3.148 end

<sup>1</sup> Idem add. M. as here D; no break in C(though rubric)P, which has rubric as text

<sup>2</sup> Sententiam CPHM; Pen<i>tentiam D

**50**

*De clericis incontinentibus. Siricius papa Himerio Tarragonensi episcopo*

Plurimos sacerdotes Christi atque levitas post longa consecrationis sue tempora, tam de coniugibus propriis, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, et crimen suum hac prescriptione<sup>1</sup> defendere, quia in veteri testamento<sup>2</sup> sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum, preceptorque<sup>3</sup> vitiorum, si estimat quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt frena luxurie, cur eos quibus commitebantur Sancta sanctorum premonet dicens, Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester? Cur etiam procul a domibus suis, anno vicis sue in templo habitare iussi sunt sacerdotes? He videlicet ratione, ne vel cum uxoribus possent carnale exercere commercium, ut conscientie integritate fulgentes acceptabile Deo munus offerrent. Quibus expleto deservitionis sue tempore, uxoris<sup>4</sup> usus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Levi quisquam ad Dei ministerium preceptus est admitti. Item<sup>5</sup>. Quia aliquanti de quibus loquimur (ut tua sanctitas retulit) ignorantia lapsos se esse deflent, his hac conditione, misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc quo detecti<sup>6</sup> sunt quandiu vixerint officio perseverent, si tamen post hec continentes se studuerint exhibere. Hi vero qui illiciti privilegii excusatione nituntur, et sibi asserunt veteri lege concessum, neverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, apostolice sedis auctoritate deiectos, nec unquam posse veneranda attractare mysteria, quibus se ipsi dum obscenis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla presentia cavere nos premonent in futurum, si quilibet episcopus presbiter atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inventus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentie aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est abscindantur<sup>7</sup> vulnera, que fomentorum non senserint medicinam.

(epist. 1, c. 7.) Ctp 1.36.4] (Dist. 82, c. Plurimos sacerdotes.)

<sup>1</sup> prescriptione CP; presumptione DM, [praescriptione] add. M

<sup>2</sup> test. CPD; lege M

<sup>3</sup> est ille sectator lib. prec. in upper mg. D

<sup>4</sup> [al. uxorius] add. Fr

<sup>5</sup> (Paulo post) add. M<sup>2</sup>

<sup>6</sup> [deiecti] add. M

<sup>7</sup> in mg. C

**51**

*Quod<sup>1</sup> clericus qui secundam uxorem<sup>2</sup> duxerit deponatur, cap. 11*

Quisquis sane clericus aut viduam aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiastice dignitatis privilegio mox nudetur, laica tantum sibi communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea propter quod hanc perdat, admittat.

Ctp 1.36.6] (Dist. 84, c. Quisquis clericus.)

<sup>1</sup> Quod CPDH; Ut M

<sup>2</sup> in mg. C

**52**

*Que femine cum clericis habitent<sup>1</sup>, cap. 12*

Feminas vero non esse alias<sup>2</sup> patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum eisdem sinodus Nicena permisit.

*Ctp 1.36.7] (Dist. 81, c. Feminas.)*

<sup>1</sup> habitent CP; habitare debeat D; habitare possint M

<sup>2</sup> non esse al. CPD; al. non esse M

**53**

*De monachorum promotione, cap. 13*

Monachos quoque, quos tamen morum gravitas, et vite ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari et optamus et volumus.

*Ctp 1.36.8] (16, q. 1, c. Monachos quoque.)*

**54**

*Quod penitens non<sup>1</sup> fiat clericus, cap. 14*

Illud quoque nos par fuit providere, ut sicut penitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita et post penititudinem ac reconciliationem, nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci.

*Ctp 1.36.9] (Dist. 50, c. Illud quoque.)*

<sup>1</sup> Quod pen. non CPHD; Ne poenitens M

**55**

*Ut si laicus<sup>1</sup> viduam duxerit<sup>2</sup>, clericus non fiat<sup>3</sup>. Innocentius papa Victorico<sup>4</sup> episcopo*

Ut is qui viduam licet laicus duxerit uxorem<sup>5</sup>, seu ante baptismum<sup>6</sup>, sive post baptismum<sup>7</sup>, non admittatur ad clerum, quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non accepte uxoris consortium relaxatur.

*(ep. 2, c. 5). Ctp. 1.38.6] (Dist. 34, c. Si viduam licet.)*

<sup>1</sup> laicus si marked for reversal D

<sup>2</sup> uxorem add. D, om. CPM

<sup>3</sup> cler. non fiat CPHM; non fiat cler. D

<sup>4</sup> Victorico CPDH; I Victorino MFr, [Victricio] add. Fr

<sup>5</sup> dux. ux. C(preceded by lacuna)BH; viduam dux. ux. P; ux. D; ux. dux. M

<sup>6</sup> duxerit add. D

<sup>7</sup> sive post. bapt. in mg. D

**56**

*Ut clericus non fiat qui secundam habuerit uxorem<sup>1</sup>, cap. 6<sup>2</sup>*

Ne is<sup>3</sup> qui secundam duxerit uxorem clericus fiat, quia scriptum est, Unius uxoris virum, et iterum, Sacerdotes mei semel nubant.

*Ctp 1.38.7]*

<sup>1</sup> Ut - ux. CPDH; De eadem re M

<sup>2</sup> cap. 6 CRPDM; cap. 16 B; om. H

<sup>3</sup> Ne (lacuna follows C) is CP; De his RD; De is B; Nec his D<sup>3</sup>M; obsc. corr. H (Ctp divided)

## 57

*De incontinentia sacerdotum vel levitarum. <sup>1</sup>Eiusdem ad Exuperium Tolosanum episcopum*

Proposuisti quid de his observari debeat, quos in diaconii ministerio, aut in officio presbyterii positos, incontinentes esse aut fuisse generati filii prodiderunt. De his et divinarum legum est disciplina, et beate recordationis viri, Siricii episcopi monita evidenter commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico privarentur, nec admitterentur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.

(ep. 3, c. 1). Ctp 1.38.10] (Dist. 82, c. Proposuisti.)

<sup>1</sup> Ex epistola add. M

## 58

*Incipit eiusdem pape Innocentii<sup>1</sup> ad Felicem episcopum Nucerinum. Si quis<sup>2</sup> volens partem sibi<sup>3</sup> corporis amputaverit<sup>4</sup> clericus esse non potest, nolens autem potest<sup>5</sup>*

Innocentius Felici episcopo Nucerino salutem. Qui igitur partem cuiuslibet digiti sibi ipse<sup>6</sup> volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu<sup>7</sup> aliquo contigit<sup>8</sup>, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit, hos canones precipiunt et clericos fieri, et si in clero fuerint reperti<sup>9</sup>, non abici. In illis enim voluntas est iudicata, que sibi ausa<sup>10</sup> fuit ferrum inicere, quod scilicet, et alii id facere dubitare<sup>11</sup> non possit. In istis vero casus veniam meruit.

(ep. 4, c. 1). Ctp 1.38.11] IP 3.43 (Dist. 55, c. Qui partem.)

<sup>1</sup> Inc. (om. D) - Innoc. CPBD; Ex epist. eiusdem M

<sup>2</sup> Si quis CPBH; Si quis sibi D; Quod si M

<sup>3</sup> sibi CPM; om. D

<sup>4</sup> amputaverit CPBD; absciderit M

<sup>5</sup> Si quis vol. - potest in black as text CPV; here as rubric BDH; Si quis - autem possit before insc. M

<sup>6</sup> ipse CPD; ipsi M

<sup>7</sup> fier corr. C

<sup>8</sup> -igit C<sup>2</sup>PM; -ingit CD

<sup>9</sup> fu. rep. CPM; rep. fu. D

<sup>10</sup> ausa CPM; causa D

<sup>11</sup> -are CPDM; -ari Fr

## 59

*Item cuius supra<sup>1</sup>. Quod non admittantur clerici<sup>2</sup> ab hereticis ordinati*

Innocentius Rufo et Eusebio et ceteris episcopis Macedonibus. Ventum<sup>3</sup> est ad tertiam questionem, que pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput. Ubi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Que sanitas post vulnus secuta<sup>4</sup> sine cicatrice esse non poterit, atque ubi penitentie remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse<sup>5</sup>. Nam si, ut legitur, quod tetigerit immundus, immundum erit, quomodo ei tribuetur quod

<sup>1</sup> Item - sup. after rubr. M

<sup>2</sup> clerici CPD; ad clerum M

<sup>3</sup> Vent- CVBHM; Invent- P?D

<sup>4</sup> sec. CPD; consecuta est M

<sup>5</sup> decernimus add. Fr

munditia ac puritas consuevit accipere? Sed econtra asseritur eum qui honorem amisit honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, et verum est certe, qui<sup>6</sup> quod non habuit dare non potuit. Dampnationem utique quam habuit per pravam manus impositionem dedit. Et qui particeps factus est dampnato, quomodo debeat honorem accipere, invenire<sup>7</sup> non possum. Et<sup>8</sup> dicitur vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium quod a vitioso fuerat<sup>9</sup> iniectum.

(epist. 22, c. 3) Ctp 1.38.12] cf IP 3.130a (1, q. 1, c. Ventum est.)

<sup>6</sup> qui CP; quia DM

<sup>7</sup> invenire CPM; videre D

<sup>8</sup> Et CPDM; At Fr

<sup>9</sup> fuerat CPFr; fuerit DM

## 60

*Quod in ordinationibus crimina vel vicia non bene credantur auferri<sup>1</sup>, cap. 4*

Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri<sup>2</sup> atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina vel vitia putentur<sup>3</sup> auferri. Nullus sit penitentie locus, quia id potest prestare ordinatio quod longa satisfactio prestare consuevit. Sed nostre lex est ecclesie venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.

(ibidem continuo.) Ctp 1.38.13] IP 3.130b, 3.58 from nostre lex

<sup>1</sup> crimina vel vicia non - auf. CP; criminalia peccata non - auf. D; non auferuntur M

<sup>2</sup> sac. ad. CPM; ad. sac. D

<sup>3</sup> -entur CPDM; -antur Fr

## 61

*Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat preteriri<sup>1</sup>, cap. 6*

Pervideat<sup>2</sup> ergo dilectio vestra hactenus talia transisse, et advertite quod utique, ut dicitis, necessitas imperavit, in pace iam ecclesias constitutas non posse presumere. Sed, ut sepe accidit, quotiens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum soleat transire. Priora ergo dico dimittenda Dei iudicio, et de reliquo maxima sollicitudine precavendum.

Ctp 1.38.14] (1, q. 7, c. Quoties a populis.)

<sup>1</sup> soleat (soleant P, solet M) pret. CPVHM; remaneat vel preteriri soleant D

<sup>2</sup> Perv- CPVDM; Prev- BH

## 62

*Ut quicumque tales<sup>1</sup> ordinati fuerint, cum ordinatoribus<sup>2</sup> deponantur, cap. 3<sup>3</sup>*

Innocentius universis episcopis in Tolosana sinodo constitutis. Si quis adversus formas canonum ad ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverit, una cum ordinatoribus suis, ipso in quo inventi fuerint ordine et honore priventur. Et quamvis dilectioni vestre, fratres charissimi, regule Nicene sint

<sup>1</sup> tales CPH; adversus formas canonum D; contra formas canonum M

<sup>2</sup> suis add. M

<sup>3</sup> cap. 3 CPHM; om. D

cognite, secundum quas ordines faciendo esse per sententiam decernimus, tamen aliquam partem que de ordinationibus est provisa, inserendam putavi, ut secundum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquatur. Ac primum que sunt prohibita<sup>4</sup> digerantur.

(ep. 23, c. 3) Ctp 1.38.16]

<sup>4</sup> dirigantur vel add. D, om. CPHM

### 63

*De commemoratione Niceni concilii<sup>1</sup> in qua<sup>2</sup> supradicta prohibentur<sup>3</sup>*

Prohibendum est<sup>4</sup> de curialibus aliquem ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerunt, vel sacerdotium quod dicitur sustinuerint, et editiones publicas celebraverint. Nam et hoc de curialibus est cavendum, ne idem qui ex curialibus fuerint, aliquando a suis curiis (quod frequenter videmus accidere) reposcantur, que omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

(ibid., c. 4). Ctp 1.38.17]

<sup>1</sup> comm. Nic. conc. CPDH; Nicaeno concilio M

<sup>2</sup> qua CP; quo DHM

<sup>3</sup> supr. proh. PBHD; proh. supr. C; predicta proh. Idem M

<sup>4</sup> ut add. D, om. CPHM

### 64

*Leo<sup>1</sup> omnibus episcopis per Campaniam et Picenum<sup>2</sup>. Ut nullus episcoporum servum alterius ad clericatus officium promovere presumat<sup>3</sup>*

Admittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur, et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotii (tanquam servilis vilitas hunc honorem iure capiat) provehuntur, et probari posse Deo creditur, qui Domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod est sacrum ministerium talis consortii vilitate polluitur, et dominorum quantum ad illicite usurpationis temeritatem pertinet, iura solvuntur. Ab his itaque, fratres charissimi, omnes vestre provincie abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed ab aliis etiam, qui aut originali<sup>4</sup> aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divine militie fuerit aggregandus, ut a castris dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

(Leo I, epist. 1, cap. 1). Ctp 1.43.5] (Dist. 54, c. Admittuntur passim.)

<sup>1</sup> papa add. M

<sup>2</sup> -num CPM; -na D

<sup>3</sup> rubr. before insc. DM

<sup>4</sup> [al. origini] add. Fr

**65**

*Quod usuras non solum clerici exigere<sup>1</sup> non debeant, sed nec laici, cap. 2*

Nec hoc quoque pretereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos usuriam exercere pecuniam, et fenore velle ditescere. Quod nos, ut non dicamus eos qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere qui Christianos se dici cupiunt, condolemus quod vindicari acrius in eos qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur<sup>2</sup>.

[3 Fr]. Ctp 1.43.6] (14, q. 4, c. Nec hoc.)

<sup>1</sup> -x- ss C

<sup>2</sup> corr. fr. opor- adm- C

**66**

*Ut clericus nec suo nec alieno nomine fenus exerceat, cap. 3*

Illud etiam duximus premonendum<sup>1</sup>, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attentet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus a Domino<sup>2</sup> qui multipliciter et in perpetuum mansura retribuit<sup>3</sup> recipere valeamus.

[4]. Ctp 1.43.7] (Dist. 46, c. Sicut non suo.)

<sup>1</sup> prem- CPM; prop- D

<sup>2</sup> [ab eod.] add. Fr

<sup>3</sup> retribuit CBDHM; tribuit PV

**67**

*Quod presbiteri aut diaconi si in aliquo crimine prolapsi<sup>1</sup> fuerint non possunt per manus impositionem penitentie remedium consequi<sup>2</sup>. Leo Rustico Narbonensi episcopo, cap. 2*

Alienum est a consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbiterali honore aut diaconii fuerint gradu consecrati, ii pro crimine aliquo suo, per manus impositionem remedium accipiant penitendi, quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est, Sacerdos si peccaverit, quis orabit pro illo? Unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei, privata est expetenda secessio<sup>3</sup>, ubi si illis satisfactio fuerit digna, sit etiam fructuosa.

(epist. 92). Ctp 1.43.9] (Dist. 50, c. Alienum est.)

<sup>1</sup> crim. prol. CVHD; prol. crim. P

<sup>2</sup> Quod - cons. CPDH; Quomodo presbyteri vel diaconi in crimine lapsi reconciliari debeant M

<sup>3</sup> [successio vel concessio] add. M<sup>2</sup>

**68**

*Quod diaconi sicut<sup>1</sup> episcopus et presbiter cessare debent ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugia<sup>2</sup>, cap. 3*

Lex<sup>3</sup> continentie eadem est altaris ministris que episcopis atque<sup>4</sup> presbiteris. Qui cum essent laici sive lectores, licito<sup>5</sup> et uxores ducere, et filios procreare

<sup>1</sup> corr. fr. si P

<sup>2</sup> Quod - coniugia PBD; Quod – opere coniugali C; Quod diac. sicut ep et pr. cessent ab op. con. nec non repudient coniugia H; Quod diaconibus eadem lex continentiae est, quae episcopis et presbyteris M

potuerunt. Sed cum ad predictos pervenerint<sup>6</sup> gradus, cepit eis non licere quod licuit. Unde ut de carnali fiat spirituale<sup>7</sup> coniugium, oportet eos nec dimittere uxores, et quasi non habeant sic habere, quo et salva sit charitas connubiorum, et cessent opera nuptiarum.

*cf BD 2.114; Ctp 1.43.10] IP 3.106 (Dist. 31, c. Lex continentie.)*

<sup>3</sup> Lex C; Rex R

<sup>4</sup> atque CPM; et D

<sup>5</sup> -ito CPD; -ite M

<sup>6</sup> pervenerint CPH; pervenient D; pervenerunt M

<sup>7</sup> fiat sp. CPM; sp. fiat D

## 69

*Ut nullus alienum clericum sollicitet invito episcopo suo. Leo Anastasio Thessalonicensi episcopo, cap. 9<sup>1</sup>*

Alienum clericum invito episcopo ipsius nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placo charitatis, id inter dantem et accipientem conveniat. Nam gravis iniurie reus est, qui de fratribus ecclesie, id quod est utilius aut pretiosius, audet vel allicere vel tenere. Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam clericum ad ecclesiam suam metropolitanus redire compellat. Si autem longius recessit, sui precepti auctoritate revocabitur, ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. (ep. 84). Ctp 1.43.26] (19, q. 2, c. Alienum clericum.)

<sup>1</sup> Leo - ep. cap. 9 CDH; cap. 9. Leo - episcopo PVB; cap. 9 M

## 71<sup>1</sup>

*Ex epistola Leonis ad Dioscorum<sup>2</sup>. Ut in die Resurrectionis levitica et sacerdotalis<sup>3</sup> fiat ordinatio*

Quod die dominico ordinationum sacerdotum celebrantur non tantum ex consuetudine, sed etiam ex apostolica novimus venire doctrina scriptura manifestante, quod cum apostoli Paulum et Barnabam ex Spiritu sancti precepto ad evangelium gentibus mitterent<sup>4</sup> predicandum, iejunantes et orantes imposuerunt eis<sup>5</sup> manus, ut intelligamus quanta et dantum et accipientium devotione curandum sit ne tante benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem<sup>6</sup> gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam, per ecclesias, quibus Dominus presesse te<sup>7</sup> voluit, etiam ipse servaveris, ut his qui consecrandi sunt nunquam benedictio, nisi in die Resurrectionis dominice<sup>8</sup> tribuatur. Cui a vespere sabbati initium constat ascribi<sup>9</sup>, que<sup>10</sup> tantis divinarum dispensationum misteriis est consecrata ut quicquid a Domino eius insigniis<sup>11</sup> constitutum<sup>12</sup>, in huius

<sup>1</sup> 71, 70 CPBDHM, 70, 71 Fr

<sup>2</sup> Ex - Diosc. CPD; Ex - Diosc. Alexandrinum episcopum M; Ad eumdem *after rubric* Fr

<sup>3</sup> lev. et sac. CPD; sac. et lev. M

<sup>4</sup> gent. mitt. CPM; mitt. gent. D

<sup>5</sup> eis CP<sup>2</sup>VM; om. P; illis D

<sup>6</sup> morem CPM; om. D

<sup>7</sup> Dom. pr. te CPM; te Dom. pr. D

<sup>8</sup> Res. dom. CPM; dom. Res. D

<sup>9</sup> const. (*repeated and canc.* D) asc. PBDM; asc. const. ? *before corr.* C

<sup>10</sup> que CPDM; et Fr

<sup>11</sup> a Dom. eius insigniis (-ius B) CPBHD; a Dom. est insignius P<sup>2</sup>VFr; est a Dom. eius insignius M

<sup>12</sup> est add. D, om. CPM

diei dignitate sit gestum. In hoc<sup>13</sup> mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem Christi et mors interitum, et vita accepit principium<sup>14</sup>.  
(*ibidem*). Ctp 1.43.36] IP 3.13 (Dist. 75, c. *Quod die*.)

<sup>13</sup> hoc CPBH; hac DM

<sup>14</sup> principium CPM; initium D

## 70

*Quod mane dominico continuato iejunio sabbati possit fieri ordinatio, cap. I<sup>1</sup>*

Leo Dioscoro episcopo Alexandrino. Quod a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus<sup>2</sup> custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eiusque noctis que in prima sabbati lucescit exordio<sup>3</sup> consecrandi elegantur, in quibus his qui consecrandi sunt ieunis, et a ieunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem observantie erit, si mane ipso dominico die continuato sabbati iejunio celebretur, a quo tempore precedentis noctis initia non recedunt<sup>4</sup>, quod ad diem Resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est.

(ep. 81, c. 1). Ctp 1.43.40] (Dist. 75, c. *Quod presbyteris*.)

<sup>1</sup> cap. 1 CVBDHM; cap. 9 P?; Epistola Leonis ad Dioscorum Alexandrinum episc. Fr

<sup>2</sup> -umus CPDH; -uimus M

<sup>3</sup> -dio CPD; -dia M

<sup>4</sup> corr. fr. -ant P

## 72

*Quid plus habeant episcopi quam chorepiscopi<sup>1</sup> vel presbiteri<sup>2</sup>*

Leo Romane ecclesie et apostolice sedis episcopus universis Germaniarum atque Galliarum regionum<sup>3</sup> episcopis. Quamvis cum episcopis plurima chorepiscopis ministeriorum communis sit dispensatio, quedam tamen auctoritate veteris legis, quedam novellis, et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverit sicut presbiterorum et diaconorum, ac virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel unctionis. Siquidem nec erigere eis altaria, nec ecclesias vel altaria consecrare permittimus, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conversis de heresi Paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hec etenim omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad exemplum et formam LXX discipulorum esse noscuntur, vel presbiteris, qui eamdem gestant figuram, quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Que omnia solis deberi summis pontificibus auctoritate canonum precipitur, ut per hoc et discretio graduum, et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licere presbiteris in baptisterium introire, nec presente antistite infantem tingere, aut signare, nec penitentem sine preceptione episcopi sui reconciliare, nec eo presente, nisi illo iubente, sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram positio populum docere vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari.

(epist. 88). Ctp 1.43.41]

<sup>1</sup> chorep. CPBDFr; archiep- M

<sup>2</sup> Item eiusdem add. M

<sup>3</sup> reg. CPM; om. D

## 73

*Ex decretis Silverii pape. Quod priorem dignitatem amittit, qui quod non accepit usurpat<sup>1</sup>*

Sic decet fidem sanctorum patrum in ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabiliter temeritate quod non accepit, assumpserit<sup>2</sup>.  
(epist. ult. quae est ad Verg. episcop.). Ctp 1.51.1J (25, q. 2, c. Sic decet.)

<sup>1</sup> Quod - us. as rubr. here PV, before insc. DM, as first line of text CH, om. B

<sup>2</sup> assumpserit CPDH; usurpaverit [assumpserit] M

## 74

*Ordinationes non esse faciendas, nisi in ieiunio Quatuor Temporum. Ex decretis Gelasii pape, cap. 13*

Ordinationes etiam presbiterorum et diaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent, id est quarti mensis ieiunio, septimi et decimi, sed etiam Quadragesimalis initii, ac mediane Quadragesime die sabbati, ieiunia circa vesperam noverint celebranda<sup>1</sup> nec cuiuslibet utilitatis<sup>2</sup> seu presbiterum seu diaconum his preferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

(epist. ad epis. per Lucaniam, cap. 13) Ctp 1.46.9J IP 3.25 (Dist. 75, c. Ordinationes.)

<sup>1</sup> [hebdomadae et sabbati ieiunio circa vesperam, ipsas ordinationes noverint celebrandas] add. M<sup>2</sup>

<sup>2</sup> causa add. M, om. CPD

## 75

*Ne illitteratus vel<sup>1</sup> membro imminutus ad clerum promoveatur. <sup>2</sup>Cap. 18*

Illitteratos quoque et nonnulla parte corporis imminutos, sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire servitium, quod simul antiqua traditio, et apostolice sedis vetus forma non recepit, quia nec litteris carens sacris esse potest aptus officiis, et vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia precepta sanxerunt. Itaque de cetero modis omnibus hec vitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum.  
Ctp 1.46.10J

<sup>1</sup> in add. D, om. CPM

<sup>2</sup> Ex eodem add. M

## 76

*De ministris incontinentibus. Gregorius civibus Rome*

Oportet sacerdotes, ad quorum curam Domini<sup>1</sup> populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oves, ut lupinis morsibus, id est, diaboli stimulis non lanientur. Neque enim hoc silere debeo (quod cum grandi animi tristitia dico) sacerdotes cum feminis habitare conspicio, quod nefarium est dicere et audire, et contra sanctorum canonum sancita. Ubi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Ideoque admonendi sunt ut non antiqui hostis decipiantur fraude, quatenus, iuxta apostoli vocem, Non vituperetur ministerium nostrum. Cavere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, ut mundas valeamus ad Dominum levare manus. Scriptum est enim, Sancti estote quia ego

<sup>1</sup> Domini CPDH; Dei M

sanctus sum. Si quis vero presumpserit aliter agere, sacerdotii sui honore privetur. Unde omnino cavendum est, fratres, ne fallamus populum, et impleatur in nobis prophete dictum, Sacerdotes mei contaminant sancta, et reprobant legem. Quos et alias propheta increpat dicens, Vos, o sacerdotes qui fallitis nomen meum, et dixistis, In qua re fallimus nomen tuum? Quibus responsum est, Offerentes ad altare meum panes pollutos. Non mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, et sacrificium non accipiam de manibus vestris, quia polluti estis.

*Ctp 1.55.52] (Dist. 81, c. Oportet.)*

## 77

*De vitanda familiaritate mulierum<sup>1</sup>. Idem in registro*

Legitur quod beatus Augustinus nec cum sorore<sup>2</sup> habitare consenserit, dicens, Que cum sorore mea sunt, sorores mee non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse<sup>3</sup> instructio.

*(lib. VII, indict. 2, ep. 39). Ctp 1.55.53] (Dist. 81, c. Legitur. Possid. in Vita B. Aug.)*

<sup>1</sup> fam. mul. CPBDM; mul. fam. RH

<sup>2</sup> sua add. Fr, om. CPBDM

<sup>3</sup> in mg. for insertion before debet C

## 78

*Item in eodem. Ianuario episcopo Caralitano. De non reparandis lapsis<sup>1</sup>*

Pervenit etiam ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post penitentiam, vel ante penitentiam ad ministerii sui officium revocari; quod omnino prohibemus, et in hac re sacratissimi<sup>2</sup> canones contradicunt. Qui igitur<sup>3</sup> post acceptum sacram ordinem lapsus in peccato<sup>4</sup> carnis fuerit<sup>5</sup>, sacro ordine ita careat ut ad<sup>6</sup> altaris ministerium ulterius non accedat.

*(lib. III, ep. 26). Ctp 1.55.54] IP 3.133 (Dist. 50, c. Pervenit.)*

<sup>1</sup> Item in eodem. Ian. - Caralitano. De - lapsis CPD; De - lapsis. Idem ad Ianuarium episcopum Caralitanum M

<sup>2</sup> quoque add. Fr, om. CPDM

<sup>3</sup> igitur CP; ergo DM

<sup>4</sup> -ato CPDM; -atum Fr

<sup>5</sup> carn. fu. CPM; fu. carn. D

<sup>6</sup> ad CPM; om. D

## 79

*Item in<sup>1</sup> eodem.<sup>2</sup> Constantino Mediolanensium<sup>3</sup> episcopo. De eodem<sup>4</sup>*

Iovinum<sup>5</sup> de portu Veneris<sup>6</sup> quondam<sup>7</sup> diaconum et abbatem suo decrevimus privandum officio, atque ut alter in loco eius debeat ordinari scripsimus. Similiter et tres subdiaconos, quos fraternitas vestra lapsos innotuit, a suo semper vacare, ac

<sup>1</sup> Item in CPDH; De M

<sup>2</sup> Idem add. M

<sup>3</sup> -ium CPD; -i M

<sup>4</sup> De eodem CPD; om. M

<sup>5</sup> Iovinum CPD; Iobinum [Iovinum] M

<sup>6</sup> por. Ven. CPM; portune meum D

<sup>7</sup> quondam CPDM; quodam Fr

decernimus esse privatos officio, quibus nihil aliud nisi inter laicos sacra est prebenda communio.  
(lib. IV, ep. 17). Ctp 1.55.55]

**80**

*Idem ad eumdem. De eodem<sup>1</sup>*

Si lapsis ad suum ordinem revertendi licentia concedatur, vigor canonice procul dubio frangitur<sup>2</sup> discipline, dum per reversionis spem<sup>3</sup> prave actionis desideria quisque concipere non formidat. Et post pauca. Illud<sup>4</sup> pre omnibus studete, ut lapsos in sacrum ordinem nullius vobis supplicatio aliquo modo revocare suadeat, ne huiusmodi non statuta, sed temporaliter dilata credatur esse vindicta.

(ibidem; principium est epistole). Ctp 1.55.56] IP 3.145 (Dist. 50, c. Si lapsis.)

<sup>1</sup> Item ad eundem. De eodem CPDH; Item de eodem. Ad eumdem M

<sup>2</sup> can. proc. dub. frangitur CPM; proc. dub. can. rumpitur D

<sup>3</sup> per rev. spem CPM; perversionis speciem D; pro rev. spe Fr

<sup>4</sup> igitur add. M, om. CPD

**81**

*Cum quibus feminis sacerdotes possint habitare<sup>1</sup>. Idem Simmacho<sup>2</sup>*

Volumus<sup>3</sup> ut sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conversentur, excepta duntaxat matre vel sorore<sup>4</sup>, vel uxore que caste regenda est.

(lib. I, ep. 50). Ctp 1.55.61] (Dist. 81, c. Volumus.)

<sup>1</sup> poss. hab. CPHM; debeant hab. vel possint D

<sup>2</sup> defensori add M, om. CP?BDH

<sup>3</sup> corr. fr. Nol- D

<sup>4</sup> vel sor. after regenda est D

**82**

*Non fieri debere reordinationes<sup>1</sup>. Gregorius<sup>2</sup> episcopo Iohanni<sup>3</sup> Ravennati*

Illud quod dicitis, ut ille qui ordinatus est iterum ordinetur, valde ridiculum<sup>4</sup> est. Sicut enim baptizatus semel iterum baptizari non debet, ita qui consecratus est semel in eodem ordine non valet iterum<sup>5</sup> consecrari. Sed si quis cum levi forsitan culpa ad sacerdotium venit, pro culpa<sup>6</sup> indici penitentia debet, et tamen ordo servari. (l. II, indict. 10, ep. 32). Ctp 1.55.64] IP 3.76 (Dist. 68, cap. Sicut semel.)

<sup>1</sup> Non – reord. CPBDM; om. RH

<sup>2</sup> Greg. CPD; Idem M

<sup>3</sup> ep. Ioh. CPDM; Ioh. ep. Fr

<sup>4</sup> -lum CPM; -losum DH

<sup>5</sup> non valet (debet Fr) it. CPHM; it. non valet D

<sup>6</sup> ad sac. venit pro culpa CPHM; om. D

**83**

*Idem Venantio Lunensi episcopo<sup>1</sup>. De eo<sup>2</sup> qui post depositionem sacrificare presumpsit<sup>3</sup>*

Accedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat, id quod ad nos de Saturnino<sup>4</sup> expresbitero<sup>5</sup> est perlatum. Pervenit namque ad nos quia, postquam pro crimine lapsus sui a sacerdotii ordine est deiectus, ad explendum presbiterii ministerium presumpsit accedere, et omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit, eum sacri corporis et sanguinis dominici participatione privatum in penitentiam redigat, ita ut usque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, et viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eum talem penitentiam agere fraternitas tua cognoverit ut ei iuste ad recipiendam communionem inter laicos, et ante exitum debeat misereri, hoc in tue fraternitatis ponimus potestate.

(ib. IV, ep. 5). Ctp 1.55.66] (Dist. 50, c. Accedens.)

<sup>1</sup> rubric before insc. M

<sup>2</sup> eo CVBDH; illo P; presbytero M

<sup>3</sup> -sit CPH; -serit DM

<sup>4</sup> nos de Saturnino CPHM; quos de Saturno D

<sup>5</sup> expresbitero CPH; presbytero DM, [ex presbytero] add. M

**84**

*Idem Iohanni episcopo Panormi<sup>1</sup>. Quod que non<sup>2</sup> fuit legitima uxor diaconi<sup>3</sup> possit nubere alteri*

Itaque pervenit ad nos Fantinum<sup>4</sup> defensorem ultionem exercere in Petrum latorem presentium voluisse, pro eo quod (quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore quo conductor fuerat, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec illam virginem ad eum venisse, denique nec religiosam vestem mutasse, postquam ille in ordine sacro promotus est, adiciens et priusquam ad diaconatum veniret, et postea, prava illam opinione vixisse, ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, ut cum Dei (sicut decet) timore, causam hanc subtili omnino investigatione perquiras, et si in coniugio diaconi mulierem de qua agitur fuisse constiterit, et suprascriptus lator memorato defensori et rectori patri monasterii<sup>5</sup> ad vindictam modis omnibus tradatur, et cum competenti emendatione hi qui male sociati sunt disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuerit, memoratum Fantinum, ex nostro mandato commonere te volumus, ut ei facere nihil presumat, nec falsa illum accusatio apud eum in aliquo pregravet.

(ib. II, ep. 62). Ctp 1.55.68b]

<sup>1</sup> -ormi CPH; -omi D; -itano with rubric before insc. M

<sup>2</sup> non CPDH; om. M

<sup>3</sup> leg. ux. diaconi (diani D) CPD; ux. leg. diaconi non M

<sup>4</sup> Fantinum CPHM; Fotinum D, [Fotinum] add. M

<sup>5</sup> patri monasterii CPDM; patrimonii [patrimonasterii] Fr

## 85

*Beatus Gregorius<sup>1</sup> ad Secundinum<sup>2</sup> inclusum<sup>3</sup>. Quomodo lapsi possint restitui*

Sanctitas tua hoc a nobis requisivit ut tibi rescriberem de sacerdotali officio post lapsum resurgendi, dum dicis de hoc canones diversos te legisse, diversasque sententias, alias resurgendi, alias nequaquam. Nam nos generaliter a Nicena sinodo<sup>4</sup> incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur, que ipsam sequentes in cunctis sententiis unanimes<sup>5</sup> concordant. Nos ergo precedentes pat res sequimur, quia auctore Deo a sacra doctrina illorum non discordamus. A capite itaque incipientes usque in quartum altaris ministrum, hanc formam servandam cognoscimus, ut quem minorem maior precedit, sicut est maior honore ita sit in crimen; et quem maior sequitur culpa, maior ei implicitur vindicta, et sic postea penitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum seminare, et fructum eius non colligere? Aut domum construere<sup>6</sup>, et non illic habitare? Post dignam enim satisfactionem credimus lapsum redire posse<sup>7</sup> ad honorem, propheta dicente, Numquid qui cadit non adicet ut resurgat? Et qui aversus est, non revertetur? Idem peccatori ait, In quacumque die conversus ingemueris<sup>8</sup> tunc salvus eris. Unde et<sup>9</sup> psalmista ait, Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum innova<sup>10</sup> in visceribus meis. Ne proicias me a facie tua, et Spiritum sanctum<sup>11</sup> tuum ne auferas a me<sup>12</sup>. Alienam quippe rex et propheta rapuisse se<sup>13</sup> uxorem tremefactus expavit. <sup>14</sup>Propheta indicante flagitium suum, et penitentiam agens, addit, Redde mihi letitiam Salutaris tui<sup>15</sup>, et spiritu principali confirma me<sup>16</sup>. Si enim ipse dignam Deo penitentiam non fecisset, nequaquam alii predicaret? Ait enim, Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur<sup>17</sup>. Dum enim peccata sua prospexit<sup>18</sup> per penitentiam mundata, non dubitavit predicando castigare<sup>19</sup> aliena. Et sic sacrificium de semetipso<sup>20</sup> offerre Deo studuit cum dixit, Sacrificium Deo spiritus contribulatus<sup>21</sup>. Ad hec ista sufficerent, sed omnis sententia quo plus sacre scripture testimonis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit<sup>22</sup>, Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. De hoc peccantibus dicitur, Peccator, in quacumque die conversus ingemuerit, omnes iniquitates eius in oblivionem tradentur. Si enim Redemptor noster qui peccatores non perdere, sed iustificare venit, in obliuione delicta peccantium<sup>23</sup> derelinquit, quis hominum condemnanda reservet,

<sup>1</sup> Beatus Greg. CPH; Beatus Augustinus D; Idem M

<sup>2</sup> servum Dei add. M, om. CPDH

<sup>3</sup> rubric before insc. M

<sup>4</sup> Nic. sin. CP; syn. Nic. DM

<sup>5</sup> unan. CPM; om. D

<sup>6</sup> domum add. and canc. D

<sup>7</sup> red. posse CPD; posse red. M

<sup>8</sup> conv. ing. CPM; ing. conv. D

<sup>9</sup> et CPD; om. M

<sup>10</sup> corde et add. D, om. CPM

<sup>11</sup> sanctum PBD; s. V; om. C

<sup>12</sup> et Sp. - me CPBD; etc M

<sup>13</sup> se CPM; om. D

<sup>14</sup> Et add. Fr, om. CPDM

<sup>15</sup> (ibidem) add. M<sup>2</sup>

<sup>16</sup> et sp. princ. - me CPBD; etc M

<sup>17</sup> et impii - conv. CPD; om. M, (ibid.) add. M<sup>2</sup>

<sup>18</sup> pro- CP; per- DM

<sup>19</sup> [al. curare] add. Fr

<sup>20</sup> semetipso CPM; se ipso D

<sup>21</sup> sp. cont. CPD; etc M

<sup>22</sup> proph. dic. CPM; Dominus D

<sup>23</sup> del. pecc. CPM; peccata delinquentium D

cum dicat<sup>24</sup> apostolus, Si Deus iustificat, quis est qui condempnet? Ad fontem<sup>25</sup> misericordie recurrentes evangelicam proferamus sententiam. Gaudebo<sup>26</sup>, inquit, super uno peccatore penitentiam agente<sup>27</sup> quam super nonaginta<sup>28</sup> novem iustis<sup>29</sup> qui non indigent penitentia, et ovem perditam nonaginta novem non errantibus relictis, in humero ad ovile reportavit<sup>30</sup>. Si ovis errans post inventionem ad ovile humero reportatur, cur lapsus post penam<sup>31</sup> ad ministerium non revocetur? Quid<sup>32</sup> est<sup>33</sup> ergo gravius<sup>34</sup> carnale delictum admittere, sine quo pauci inveniuntur, aut Dei Filium<sup>35</sup> negare? In quo peccato<sup>36</sup> ipsum beatum principem apostolorum<sup>37</sup> Petrum, ad cuius nunc corpus<sup>38</sup> indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem penitentia secuta est, et post negationem penitentia data quia<sup>39</sup> illum ab apostolatu non deiecit, quem ante seipsum negaturum esse predixit. Tibi hec, fili charissime, dicta sufficient, ut illum quem conspicis delicta<sup>40</sup> fletu delere<sup>41</sup>, non dubites<sup>42</sup> in conspectu divinitatis misericordiam consequi, quia nullum peccantem reversum despicit<sup>43</sup>, qui peccatores sanguine suo<sup>44</sup> redimere venit.

(lib. VII, ind. 2, ep. 54). Ctp 1.55.77 IP 3.147 (Dist. 50, c. Quia sanctitas tua.)

<sup>24</sup> -at CPD; -it M

<sup>25</sup> -tem PBDM; -tes C

<sup>26</sup> -ebo CPBD; -eo M

<sup>27</sup> magis add. Fr, om. CPBDM

<sup>28</sup> ss P

<sup>29</sup> -tis CPM; -tos D

<sup>30</sup> ad ov. rep. CPDH; rep. ad ov. M

<sup>31</sup> penam CPH; penitentiam DM

<sup>32</sup> Quid CPBDFr; Quod M

<sup>33</sup> est CPDM; om. B

<sup>34</sup> aut add. Fr, om. CPDM

<sup>35</sup> iureiurando add. Fr

<sup>36</sup> [al. verbo] add. Fr

<sup>37</sup> b. pr. ap. CPD; pr. ap. b. M

<sup>38</sup> nunc corp. CBDHM; corp. nunc PV

<sup>39</sup> neg. pen. data quia CPHM; penitentiam indulgentiam data est et D; penitentiam misericordia data est quia Fr

<sup>40</sup> cum add. D, om. CPM

<sup>41</sup> delere CPH; diluere DM

<sup>42</sup> non add. D, om. CPM

<sup>43</sup> after corr. P

<sup>44</sup> sang. suo C<sup>2</sup>PBDH; sang. C; suo sang. M

## 86

### Gregorius Augustino<sup>1</sup>

Si qui sunt clerci extra sacros ordines constituti qui se continere<sup>2</sup> non possunt, sortiri uxores debent, et stipendia sua exterius accipere<sup>3</sup> et de eisdem patribus<sup>4</sup> de quibus prefati sumus novimus scriptum, quod dividebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum quoque<sup>5</sup> stipendio cogitandum atque providendum est, et<sup>6</sup> sub

<sup>1</sup> Greg. Aug. CRPD; Greg. Aug. Cantauriensi H; Quid agendum sit de clericis incontinentibus. Idem Augustino episcopo M

<sup>2</sup> -re ss P

<sup>3</sup> Quia add. M, om. CPM

<sup>4</sup> patr- CPM; part- D

<sup>5</sup> [ergo] add. M

<sup>6</sup> corr. fr. ut P

ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant, et canendis psalmis invigilent, et ab omnibus illicitis et cor et linguam et corpus<sup>7</sup> Deo auctore conservent. (*responsione ad secundam August. interrogationem*). Ctp 1.55.87] IP 3.108 (Dist. 32, c. *Si qui sunt clerici.*)

<sup>7</sup> et corpus CPHM; om. D

## 87

*Ut incontinens presbiter non ministret. Clemens in secunda epistola*

Ad dominica autem ministeria<sup>1</sup> tales eligantur, qui ante ordinationem coniuges suas noverint. Quod si post ordinationem ministro contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis portationem accedat; sed aquam tantum sacerdotum manibus porrigat, ostia<sup>2</sup> forinsecus claudat, minora gestet officia, urceum sane ad altare suggerat<sup>3</sup>.  
Ctp 1.1.16] cf. 2.864 above

<sup>1</sup> minist- CPM; mist- D

<sup>2</sup> [al. nec aquam sacerdotibus porr. ad manus. Os.] add. Fr

<sup>3</sup> [al. sive calicem ad altare non sufferat] add. Fr

## 88

*Non distrahenda<sup>1</sup> a presbiteris<sup>2</sup> ecclesie ornamenta<sup>3</sup>*

Si forte quispiam<sup>4</sup> presbiter sive diaconus sacrarii sindonem vel velum subtracta vendiderit, Iude similis estimabitur Iscariotis. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Iude suscepturum penam.  
Ctp 1.1.17] cf 2.86B above (17, q. 4, c. *Si forte.*)

<sup>1</sup> Non dist. CP<sup>2</sup>VD; Non abst. P; De non distrahendis M

<sup>2</sup> -eris CPD; -ero M

<sup>3</sup> -enta CPD; -entis. Item eiusdem M; *whole rubr. om. with no break* B

<sup>4</sup> quispiam PBDM; quisquam (vel quispiam in mg.) C

## 89

*De vitanda familiaritate seminarum<sup>1</sup>*

Clericus vero solus ad femine tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu iussione. Nec presbiter solus cum sola adiungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam; nec solus cum sola femina fabulas misceat; nec archidiaconus, nec diaconus sub pretextu humilitatis vel officii frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos eius matrone mandent secreti aliquid. Si cognitum fuerit, et ille deponatur, et illa a liminibus arceatur ecclesie. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo sugeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pro interventu, ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus qui hoc debeant sanari<sup>2</sup>.  
Ctp 1.1.18] (Dist. 81, c. *Clericus solus.*)

<sup>1</sup> Item de vit. – fem. H; Idem eiusdem add. M

<sup>2</sup> -ari CPB; -are C<sup>2</sup>DHM

**90**

*Nihil agendum clericis absque licentia episcopi eiusdem<sup>1</sup>*

Cunctis fidelibus, et summopere omnibus presbiteris et diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant. Non utique missas sine eius iussu quisque presbiterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quidquam absque eius permissu faciat. Similiter et reliqui populi maiores scilicet et minores per eius licentiam quicquid agendum est, agant; nec sine eius permissu a sua parochia abscedant, vel in ea adventantes morari presumant. Anime enim eorum ei credite sunt, ideo omnia eius consilio agere debent, et eo inconsulto nihil.

(epist. 3). Ctp 1.1.21] (16, q. 1, c. Cunctis fidelibus.)

<sup>1</sup> eiusdem CPD; sui. Item eiusdem M

**91**

*Quomodo ad sacros gradus<sup>1</sup> ascendendum sit<sup>2</sup>. Siricius papa Himerio Tarragonensi episcopo*

Quicumque itaque<sup>3</sup> se ecclesie vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari, et lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentie usque ad trigesimum<sup>4</sup> etatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum et ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, uxore contentus, acolitus et subdiaconus esse debebit; posteaque ad diaconii gradum, si se ipse primitus continentia preeunte dignum probaverit, accedat. Ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministrarit, congrue presbiteratum consequatur. Exinde post decennium<sup>5</sup> episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hec tempora integritas vite et fidei eius fuerit approbata.

(epist. 1, c. 9). Ctp 1.36.10 (Dist. 77, c. Quicunque itaque.)

<sup>1</sup> gradus CPHD; ordines BM

<sup>2</sup> rubric after insc. D

<sup>3</sup> itaque CP; ita H; om. DM

<sup>4</sup> [al., vigesimum] add. Fr

<sup>5</sup> [al. quinquennium] add. M

**92**

*Idem<sup>1</sup>. Quomodo laicus sit provehendus*

Qui vero iam etate grandevus melioris propositi conversatione provocatus, ex laico ad sacram militiam pervenire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo quo baptizatur tempore, statim lectorum aut exorcistarum numero societur, si tamen unam habuisse vel habere, et hanc virginem accepisse constet uxorem. Qui dum initiatus fuerit expleto biennio, per quinquennium aliud acolitus et subdiaconus fiat, et sic ad diaconatum, si per hec tempora dignus iudicatus fuerit, provehatur. Exinde iam accessu temporum presbiterio vel episcopatu, si eum plebis ac cleri evocaverit electio, non immerito societur.

(ibid., c. 10) Ctp 1.36.11]

<sup>1</sup> after promovendus M

## 93

*Anastasius<sup>1</sup> cunctis Germanicis<sup>2</sup>. Non sedendum quando legitur evangelium*

Significatis<sup>3</sup> enim quosdam sacerdotes in ecclesia quando evangelia leguntur<sup>4</sup> sedere, et Domini<sup>5</sup> Salvatoris verba non stantes, sed sedentes audire, et hoc ex maiorum traditione se accepisse narrant. Quod nullatenus fieri deinceps sinatis, apostolica auctoritate mandamus, sed dum sancta evangelia in ecclesia recitantur, sacerdotes et ceteri omnes presentes<sup>6</sup> fideles non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu evangelii stantes, dominica verba intente audiant, et fideliter adorent.

(Anast. I, epist. 1, c. 1) Ctp 1.37.1] (De cons. dist. 1, c. Apostolica.)

<sup>1</sup> papa add. M

<sup>2</sup> rubr. before insc. M

<sup>3</sup> -atis CPM; -astis D

<sup>4</sup> evang. leguntur CP; legitur Evangelium DM

<sup>5</sup> et add. M, om. CPD

<sup>6</sup> omn. praes. add. in mg. M

## 94

*De castitate sacerdotum et levitarum. Innocentius Victorico<sup>1</sup> Rothomagensi episcopo*

Preterea quod dignum et<sup>2</sup> pudicum et<sup>3</sup> honestum est tenere<sup>4</sup> ecclesia omnimodo<sup>5</sup> debet<sup>6</sup>, ut sacerdotes et levite cum uxoribus suis non misceantur, quia ministerii cotidiani<sup>7</sup> necessitatibus occupantur. Scriptum est enim, Sancti estote, quoniam et ego sanctus sum Dominus Deus vester. Nam priscis temporibus de templo Dei sacerdotes<sup>8</sup> anno vicis sue non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successionem uxoris usus fuerat relaxatus, quia<sup>9</sup> ex alia tribu et preter ex semine Aaron ad sacerdotium nullus fuerat preceptus accedere, quanto magis ii<sup>10</sup> sacerdotes vel<sup>11</sup> levite pudicitiam ex die ordinationis sue servare debent, quibus vel sacerdotium<sup>12</sup> vel ministerium sine successione est, nec preterit dies qua vel a sacrificiis divinis aut a<sup>13</sup> baptismatis officio vacent?

(epist. 2, c. 9). Ctp 1.38.21] cf 6.194 below; IP 3.94 (Dist. 31, c. Tenere debet.)

<sup>1</sup> Victorico CPDM; Victricio HFr

<sup>2</sup> et CPD; quod M

<sup>3</sup> et CPD; quod M

<sup>4</sup> est tenere CPM; tenere in D

<sup>5</sup> omnimodo CPBH; omnino DM

<sup>6</sup> -etur D?

<sup>7</sup> -iani CPM; -ianis D

<sup>8</sup> sac. before de templo D

<sup>9</sup> et add. M, om. CPD

<sup>10</sup> ii CP; hi DM

<sup>11</sup> vel CPM; et D

<sup>12</sup> -otium CPM; -otum D

<sup>13</sup> div. aut a CHM; div. vel a PV; vel D

## 95

*Non repellendos omnes laicos a clericatu. Idem Exuperio Tolosano inter cetera<sup>1</sup>*

De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinari prohibent. Certum est quidem hoc et regulas ecclesiasticas continere, sed non ita diffinitum est, ut de

<sup>1</sup> inter cet. CPD; episcopo M

omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci et non fieri possunt. Sed designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam et si inveniantur huiusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam sepius ad curiam repetuntur cavendum ab his est, propter tribulationem que sepe de his ecclesie provenit. Laici<sup>2</sup> vero qui habentes uxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt heserint<sup>3</sup>, si non concubinam, non<sup>4</sup> pellicem norint<sup>5</sup>, sed in omnibus operibus<sup>6</sup> vigilaverint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem<sup>7</sup> assumi, ita sane ut in eis<sup>8</sup> tempora a maioribus constituta serventur, ne cito quilibet lector cito acolitus, cito diaconus, cito sacerdos fiat.

(epist. 4, c. 3, *Felici Nuceriano episcopo*) Ctp 1.38.25] IP 3.45 from Laici vero qui (*Dist. 51, c. Designata sunt.*)

<sup>2</sup> after corr. P

<sup>3</sup> hes- CPD; adhaes- M

<sup>4</sup> non PBM; nec C

<sup>5</sup> norint CPBD; noverint M

<sup>6</sup> bonis add. DM, om. CPB

<sup>7</sup> [partem] add. M

<sup>8</sup> in eis fter constituta D

## 96

*Idem Maximo et Severo episcopis. De presbiteris filios generantibus<sup>1</sup>*

Eos presbiteros qui in presbiterio filios procrearunt iubebitis in medio collocari, discussisque obiectionibus que ipsis presbiteris impinguntur, si convicti fuerint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur a ministerio quod vivendo illicite polluerunt. Miramur autem hec eorum dissimulare episcopos, ut aut cohibere<sup>2</sup>, aut nescire esse illicita, iudicentur.

(epist. 5). Ctp 1.38.26, A form] (*Dist. 81, c. Maximilianus.*)

<sup>1</sup> gener. CPHM; procreantibus D; rubric before insc. M

<sup>2</sup> [al. connivere] add. Fr

## 97

*Ianuario<sup>1</sup> episcopo Aquileiensi<sup>2</sup>. De revertentibus ab heresi<sup>3</sup>*

Saluberrimum enim<sup>4</sup> et<sup>5</sup> spiritualis medicine utilitate plenissimum est, ut sive presbiteri, sive diaconi, vel subdiaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem quam pridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius errores suos et ipsos autores erroris a se dampnatos, sine ambiguitate fateantur; et sensibus pravis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio, nec ullum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria ceperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem precipimus custodiri,

<sup>1</sup> [al. Iuliano] add. Fr

<sup>2</sup> Idem Ian. - Aquil. after rubric M

<sup>3</sup> Leo primus add H

<sup>4</sup> enim CPD; om. M

<sup>5</sup> Sal. - et om. H

ut in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati.

[*Leo I, ep. 1]. Ctp 1.43.45] (1, q. 7, c. Saluberrimum.)*

## 98

*Idem<sup>1</sup> Anastasio episcopo Thessalonicensi<sup>2</sup>. De castitate ministrorum*

Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hec que in aliis membris ecclesie non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendum tamen perfecte continentie puritatem, nec subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur; ut et qui habent, sint tanquam non habentes, et qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo vel secundo, tertiove servandum est, ne aut levitico, aut presbiterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptate luxurie<sup>3</sup> neendum refrenasse detegitur?

(ep. 84, c. 3 et 4); *Ctp 1.43.48; IP 3.100 (med. only); Dist. 32 c 1.*

<sup>1</sup> Idem CPD; Item M

<sup>2</sup> Thessalonicensi CPD; Thessalon' M; M has insc. before rubric.

<sup>3</sup> [uxoria] add. Fr

## 99

*Ne diaconi baptizent<sup>1</sup> sine episcopo vel presbitero. Gelasius<sup>2</sup> universis episcopis per Lucaniam et Siciliam<sup>3</sup>*

Diaconos quoque propriam constituimus servare<sup>4</sup> mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quidpiam tentare permittimus, nihil eorum suo ministerio penitus applicare, que prioribus ordinibus proprie decrevit antiquitas. Absque episcopo vel presbitero baptizare non presumant, nisi predictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema compellat, quod et la eis Christianis facere pierumque conceditur. Hos non in presbiterio residere cum divina celebrantur, vel ecclesiasticus celebratur<sup>5</sup> quicumque tractatus, sacrique corporis prorogationem<sup>6</sup>, sub conspectu episcopi vel presbiteri, nisi his absentibus, ius non habeant exercendi.

(epist. 9, c. 9). *Ctp 1.46.13] cf 1.252 above*

<sup>1</sup> habent D [sic]

<sup>2</sup> papa add. C, om. PBDM

<sup>3</sup> et Sic. CBD; vel Sic. P (with obsc. mg. add.); om. M

<sup>4</sup> servare CPDM; om. Fr

<sup>5</sup> [al. habetur] add. Fr

<sup>6</sup> [al. praerog.] add. Fr

## 100

*De non recipiendis servis ad clerum. Idem<sup>1</sup>*

Generalis etiam querele vitanda presumptio est<sup>2</sup>, qua propemodum causantur universi passim servos et originarios dominorum iura possessionemque fugientes, sub religiose conversationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad

<sup>1</sup> Gelasius add. M, om. CPD; Gelasius before De H, Idem before De D

<sup>2</sup> pres. est CPHM; est pres. D

ecclesiasticum famulatum conniventibus quoque presulibus indifferenter admitti. Que modis omnibus est amovenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum, aut aliena pervadi, aut publica videatur disciplina subverti, precipue cum nec ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscarci conveniat dignitatem, cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque iurgari, aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbiter, vel diaconus, vel eorum qui monasteriis preesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiastice servituti, vel religiosis congregationibus putaverit applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum subscriptionis testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprii non ambigant communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsaverit. Magnis quippe studiis, secundum beatum apostolum, precavendum est, ne fides et disciplina Domini blasphemetur.

(*ibid.*, c. 16). Ctp 1.46.16] (*Dist. 54, c. Generalis.*)

## 101

*Ex concilio Neocesariensi<sup>1</sup>. De baptizatis in egritudine, cap. 12*

Si quis in egritudine constitutus fuerit baptizatus<sup>2</sup>, presbiter ordinari non debet.

Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium et fides probabilis fuerit, aut hominum caritas<sup>3</sup> cogat.

Ctp 2.3.8] (*Dist 57, c. Si quis in egritudine.*)

<sup>1</sup> Ex conc. Neoc. *after* aegritudine M

<sup>2</sup> fu. bapt. CPM; bapt. fu. D

<sup>3</sup> car- CPBDM; rar- Fr

## 102

*Ex concilio Spalensi<sup>1</sup>. Ne presbiter diaconum aut presbiterum ordinet, cap. 5*

Quinto iudicio ad cognitionem<sup>2</sup> nostri examinis<sup>3</sup> Gabrensis<sup>4</sup> diaconi relatu deductum est, de quibusdam ipsius ecclesie clericis, quorum dum unus ad presbiterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur super eos manum suam tantum posuisse, et presbiter quidam illis, contra ecclesiasticum ordinem, benedictionem dedisse. Qui licet propter tantam presumptionis audaciam poterat accusatus iudicio presenti dampnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione preventus. Sed quia iam ille examini divino relictus, humano iudicio accusari non potest, hi qui supersunt, et ab eo non consecrationis titulum, sed ignominie potius elogium perceperunt, ne sibi licentiam talis ultra usurpatio faciat, decrevimus ut a gradu sacerdotali vel levitici ordinis, quem perverse adepti sunt depositi, equo iudicio abiciantur. Tales enim merito iudicati sunt removendi, quia prave inventi sunt constituti.

(*Dist. 23, c. Quorumdam.*)

<sup>1</sup> II add. M, which has Ex - Spal. *after* ordinet.

<sup>2</sup> cogn. CPD; agn. M

<sup>3</sup> [nostram Aniani] add. Fr

<sup>4</sup> Gabrensis CPM; appensis D

**103**

*Ex eodem concilio<sup>1</sup>. Quod non debeant presbiteri basilicas<sup>2</sup> consecrare vel altaria erigere, cap. 7*

Septimo examine relatum est nobis venerandissimum quondam Agapium, Cordubensis urbis episcopum, frequenter presbiteros vel chorepiscopos (qui tamen iuxta canones unum sunt) destinasse, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent. Quod quidem non est mirum id precepisse virum, ecclesiastice discipline ignarum, et statim a seculari militia in sacerdotale ministerium delegatum. Ergo ne ultra talis a nobis licentia usurpetur communi sententia statuendum oportuit, scientes quia sicut presbitero vel chorepiscopo illicita consecratio est altaris, ita et constitutio. In divinis enim litteris precipiente Domino, solus Moises<sup>3</sup> in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse unxit utique, quia summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo, Moises et Aaron in sacerdotibus eius.

<sup>1</sup> Ex - conc. after erigere M

<sup>2</sup> bas. CPBD; ecclesias M

<sup>3</sup> [Aaron] add. M

**104**

*<sup>1</sup>Rufino et Aprili episcopis Gelasius<sup>2</sup>*

Quis enim aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contempni, nisi qui impunitum sibi tantum estimet<sup>3</sup> transire commissum? Auctores<sup>4</sup> siquidem filie nostre, illustris et magnifice femine Maxime petitorii nobis insinuatione conquesti sunt Silvestrum atque Candidum originarios suos, supra<sup>5</sup> constitutiones que supradicte sunt, etiam contradictione preeunte, a Lucerino pontifice diaconos ordinatos. Et ideo, fratres charissimi, tante prevaricationis excessus noveritis sagacius inquirendos. Et si constiterit querelam veritate fulciri, continuo qui contradictione preeunte non legitime sunt creati, a sacrис officiis repellantur.

*CB Gel. 22; Ctp 1.46.28] cf 4.179 above; IP 2.150 as 4.179 (Dist. 54, c. Quis aut.)*

<sup>1</sup> De servis super interdictum dominorum ordinatis add. as rubr. M

<sup>2</sup> Gel. before Rufino M

<sup>3</sup> -et CPHM; -at D

<sup>4</sup> Auct- CPD; Act- M

<sup>5</sup> supra CPDM; contra Fr

**105**

*<sup>1</sup>Gelasius Iusto episcopo*

Dilectio tua, quesita omnium fideliter rerum veritate, si de spatiis quibus memoratur orta contentio, diffinitio dudum certa processit, intemerata servetur. Alioquin, si nihil unquam constiterit terminatum, nunc de perscriptione<sup>2</sup> temporum, si qua pars fidit, prebeat sacramentum, ut tamen que hactenus possedisse probabitur. iusurandum sinatur offerre.

*CB Gel. 23; Ctp 1.46.29] cf 3.135 above; IP 2.69; C 16 q 3 c 7*

<sup>1</sup> De iureiurando possessoris add. as rubr. M

<sup>2</sup> per- CPD; pre- M

**106***<sup>1</sup>Gelasius Victori episcopo*

Consuluit dilectio tua de suorum promissione<sup>2</sup> clericorum, perhibens quod diaconi ad presbiterii gradum, quo ecclesiam tuam commemoras indigere, venire detectant. Quapropter quia invitatos fieri ecclesiastica moderatio gravitasque non patitur, ut ex nolentibus sint<sup>3</sup> volentes, ordinatio illa potest proficere, quia scilicet si quos habes vel in acolitis, vel in subdiaconibus maturioris etatis, et quorum sit vita probabilis, hos, in presbiteratum studeas promovere.

*CB Gel. 27a; Ctp 1.46.30] (Dist. 74, c. Consuluit.)*

<sup>1</sup> Ne invitus aliquis ordinetur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> promissione CPVBDM; promotione P<sup>2</sup>Fr

<sup>3</sup> [al. fiant] *add. Fr*

**107***<sup>1</sup>Gelasius Palladio episcopo*

Precepta canonum quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patitur<sup>2</sup> venire, ita et si quis in eo actu fuerit constitutus, ac fuerit sauciatus, amittere non potest quod tempore sue sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbiter petitorio nobis deflevit<sup>3</sup> oblato<sup>4</sup>, quod habebatur<sup>5</sup> in subditis, olim sibi ante annos plurimos<sup>6</sup> collatam presbiterii dignitatem, quam revera immaculati corporis iudicio suscepit, sed nuper propter provincie vastitatem, quam Thuscie pre omnibus<sup>7</sup> barbarorum<sup>8</sup> diversa sectantium, et ambiguitas invexit animorum, cum imminentes gladios evadere fuge presidio niteretur<sup>9</sup>, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, inferiores<sup>10</sup> partes corporis<sup>11</sup> inseruisse<sup>12</sup> suggestit, que vix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo, frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue quatenus sacrosancta mysteria sicut consuevit exerceat. Nec<sup>13</sup> enim convenit ob hoc<sup>14</sup> auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum invaliditudinem corporis casu<sup>15</sup> probatur faciente collapsus<sup>16</sup>.

*CB Gel. 31; Ctp 1.46.31] IP 3.55 (Dist. 55, cap. Precepta canonica.)*

<sup>1</sup> Quod sauciatus et debilitatus, in sacerdotio ordinem non amittat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -itur CPBD; -iuntur M

<sup>3</sup> deflevit C<sup>2</sup>RPBHM; defluit C; retulit D

<sup>4</sup> vel deflevit *add. D, om. CPM*

<sup>5</sup> habebatur CPHD; haberet M; haberet [habetur] Fr

<sup>6</sup> ann. plur. CPH; annos B; plur. ann. DM

<sup>7</sup> [vastitatem Thusciae, quam prae omnibus provinciis] *add. M<sup>2</sup>*

<sup>8</sup> feritas *add. Fr, om. CPBDM*

<sup>9</sup> -etur CPM; -entur D

<sup>10</sup> [al. inter] *add. Fr*

<sup>11</sup> part. corp. CPM; corp. part. D

<sup>12</sup> [forte insecuisse] *add. Fr*

<sup>13</sup> Nec CP; Neque DM

<sup>14</sup> conv. ob hoc CPM; ob hoc conv. D

<sup>15</sup> casu CVDHM; causu P; *om. B*

<sup>16</sup> coll- CPHM; prol- D

**108***<sup>1</sup>Gelasius Crispino et<sup>2</sup> Sabino episcopis*

Silvester et Faustinianus ecclesie Grumentie clerici lacrimosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi Domini sui benignitate concessam, heredum eius oppressione pulsari, sibique in clericatus officio pene ab incunabulis servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominus constitutis, divinis ministeriis impendere servitium non licere, cum (si petitionem veritas subsequatur) contra patris et auctoris sui factum venientibus, ut indignis hereditas legibus auferatur, nec eis liceat hereditatem capientibus contra auctoris sui prosilire iudicium. Et ideo, fratres charissimi, quoniam se etiam ab archidiacono predicte ecclesie queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse secuturos, calcatis omnibus<sup>3</sup> et que contra leges divinas et publicas pulsatis, forum suum putavit<sup>4</sup> auferri, in vestro iudicio, queso, ille qui<sup>5</sup> clericum lacessit adveniat, ut ecclesie iura que vetusti principes assidua sanctione firmarunt, impetitis clericis non negentur<sup>6</sup>.

*CB Gel. 50; Ctp 1.46.41] (11, q. 1, c. Sylvester.)*

<sup>1</sup> Ut qui a dominis suis manumissi sunt, post ordines ab haeredibus non repeatantur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> et CBDM; *om. P*

<sup>3</sup> [rationibus] *add. Fr*

<sup>4</sup> *ss P*

<sup>5</sup> [al., quisquis ille est qui] *add. Fr*

<sup>6</sup> neg- PBDM; leg- CH

**109***<sup>1</sup>Gelasius Fortunato episcopo*

Irreligiosum<sup>2</sup> prorsus et execrabile iudicamus, si quisquam vel extraneos, in sua tuitione susceptos, non omni fide et tota animi sui educaverit sanctitate. Ac cum Olimpius diaconus dilectionis tue, Felicis atque Olimpii sugeratur avunculus, eosque parvulos tutele vice suscepit nutriendos, ultra latrocinium esse iudicamus, quod eos boniscaluis parentum (sicut asserunt) reliquit extores, alia retinendo, alia contra leges et iura<sup>3</sup> vendendo.

*CB Gel. 57; Ctp 1.46.49] (Dist. 87, c. Irreligiosum.)*

<sup>1</sup> De eo qui nepotem suum tutandum suscepit, et paternis bonis privavit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> *corr. fr. Irril-* C

<sup>3</sup> tenendo et *add. D, om. CPM*

**110***<sup>1</sup>Gelasius<sup>2</sup> Helpidio episcopo*

Sacrosancta religio, que catholicam continet disciplinam, tantam sibi reverentiam vindicat ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini misterii consecrationem celestis Spiritus invocatus adveniet, si sacerdos et qui eum adesse deprecatur criminosis plenus actionibus reprobetur?

*CB Gel. 58; Ctp 1.46.50] cf 2.90 above (l, q. 1, c. Sacrosancta.)*

<sup>1</sup> Quod ad invocationem criminosi sacerdotis Spiritus sanctus non adveniat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Gel. CPD; Idem M

**111***<sup>1</sup>Pelagius Rufino episcopo*

Illi cui erutus oculus<sup>2</sup> est, non possunt iuxta canones sacerdotii iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quod oculum invitus amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est. Nec sacratissimi<sup>3</sup> canones aliquem casum in amissionem oculi, ei<sup>4</sup> qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis invenimus, sed hoc tantum modo ad prohibitionem fecisse videmus patribus, ut qui careret oculo, sacerdotii officium adipisci non possit. Sed nec illi ulla tenus quasi in compensationem iniurie, sacratus ordo concedi poterit, qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam provocare, ut et ille officium in quo erat amitteret, et iste provectus sui perderet facultatem.

*CB Pel. 21(2); Ctp 1.54.14 (Dist. 55, c. Si evangelica.)*

<sup>1</sup> Ut qui caret oculo, sacerdotii officium adipisci non possit *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> er. oc. CPHM; oc. er. D

<sup>3</sup> -issimi CPB<sup>2</sup>DH; -issimis B; -issimos M

<sup>4</sup> [haec vox abest ab orig. et Grat.] *add. Fr*

**112***<sup>1</sup>Pelagius Tuliano<sup>2</sup> episcopo Grumentino*

Litteras caritatis tue suscepimus, quibus significas Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesie Marcellianensis a clero, et ab omnibus illic convenientibus postulari, de quo, iam ante hoc tempus, retinemus nobis a visitatore et quibusdam loci habitatoribus fuisse relatum. Sed nos credentes quia iam dimissoriam ipsius a tua charitate percepint, scripsimus cum venire debere. Verum quia nunc consulis utrum nobis de persona eius placeat, et a te debeat relaxari, ad nos nihil attinet, nisi ut qui sacerdotem necessarium habent, concorditer personam eligant, cui canones obviare non possint. Sed et nunc hoc dicimus, ut si eum omnes eligunt, et vis eum concedere, gratum nobis esse cognosce et si potest ante diem sanctum festinet occurtere, ut vel sabbato ipso nostis magne post baptismum, cum Dei gratia valeat ordinari. Alioquin necesse est eos usque ad quarti mensis iejunia sustinere

*CB Pel. 43; Ctp 1.54.21 (Dist. 63, c. Litteras charitatis.)*

<sup>1</sup> Ut qui episcopum necessarium habent, concorditer eligant *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Tul- CRPBDM; Iul- H

**113***<sup>1</sup>Pelagius Marcello episcopo Atoniensi*

Valentinum clericum<sup>2</sup>, cui<sup>3</sup> mulier cum alio ante velata non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sposo<sup>4</sup>, coniugali est copula sociata, quia interim velamen accepit, nullum in promovendo generetur obstaculum, quia nihil est, quantum ad hunc articulum pertinet, quod ei de canonicis obviet constitutis<sup>5</sup>.

*CB Pel. 44; Ctp 1.54.22 (Dist. 34, c. Valentino.)*

<sup>1</sup> De eo qui uxorem duxit cum alio ante velatam *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Valentinum clericum CPD; Valentino clero M

<sup>3</sup> cui CRPBDM; cuius H

<sup>4</sup> sposo CP; sponsa [sponso] M

<sup>5</sup> const- CPD; inst- M

## 114

<sup>1</sup>*Iohannes VIII Cennemoco Veneticensi episcopo*<sup>2</sup>

Miror minus doctam scientiam tuam sacerdotem putare post perpetratum homicidium posse in sacerdotio ministrare, immo, quod est ineptius<sup>3</sup>, nobis suadere velle ut ipsi tali presumptioni<sup>4</sup> preberemus assensum. Quis enim tam demens tamque perversi sensus tale quid estimaret<sup>5</sup>, vel post quantamcumque penitentiam concedendum cum omni<sup>6</sup> sit canonice discipline contrarium? Debet ergo sacerdotio privatus lacrimarum fonte flagitium tam immane diluere, ut talibus saltem remediis curatus, salutis possit invenire suffragium.

(*Cenomantico Uticensi episcopo in fragmentis*). CB Joh. VIII 48a; Ctp 1.63.6] cf 10.5 below; IP 3.153 (Dist. 50, c. Miror minus.)

<sup>1</sup> Quod sacerdos homicida non potest in sacerdotio permanere *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> Veneticensi ep. CBDH; Veneciensi ep. PV; ep. Venetiensi M

<sup>3</sup> ineptius CPBD; peius M

<sup>4</sup> lacuna follows in C

<sup>5</sup> -aret CPM; -are D

<sup>6</sup> [omnino] *add. M*

## 115

*Idem Ludovico imperatori*<sup>1</sup>

Vides, fili charissime, quia quod contra leges accipitur per leges dissolvi meretur. Item. Facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare. Scriptum quippe est, Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes iudicantur. Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit adversa. Et negligere, cum possis deturbare perversos, nihil aliud est quam fovere, nec caret scrupulo consensionis occulte, qui manifesto facinori desinit obviare. Et probat odisse se vitia, qui condempnat errantes nec relinquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus innocentie gradus est, odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit cum pravitate consensum, et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.

(Dist. 10, c. Vides.) CB Joh. VIII 49; Ctp 1.63.7-8] (Dist. 86, c. Facientis.)

<sup>1</sup> Lud. imp. CPD; ad Ludovicum imperatorem, non consentiendum malis. M

## 116

*Gregorius secundus universis*<sup>2</sup>

Si quis vero, quod non optamus, adversando Bonifacio misso nostro prepedire conatus fuerit laborem, aut contrarius extiterit ministerio sibi credito, successorumque eius eumdem laborem intrantium, ex divina sententia anathematis vinculo percellatur, ac perpetue dampnationi subiaceat.

(epist. 4). CB Bon. 2; Ctp 1.57.1]

<sup>1</sup> Ne quis misso papae contradicat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> episcopis *add. M, om. CPD*

**117***<sup>1</sup>Gregorius II<sup>2</sup> Bonifatio presbitero*

Presbiteros quos ibidem reperisti, si incogniti fuerint viri illi a quibus sunt ordinati, et dubium est fuisse episcopos, an non, qui eos ordinarunt, si bone actionis et catholici viri sunt presbiteri ipsi, et in ministerio Christo omniue lege sancta edocti, a patre vel episcopo suo<sup>3</sup> benedictionem presbiteratus suscipiant, et consecrentur, et sic ministerio sacro fungantur.

(epist. 5).CB Bon. 3; Ctp 1.57.2] (Dist. 68, c. Presbyteri.)

<sup>1</sup> De reordinandis presbyteris ab incognitis episcopis ordinatis add. as rubr. M

<sup>2</sup> II CP; III M

<sup>3</sup> [al. apti, ab Episc. Origin.] add. Fr

**118***<sup>1</sup>Stephanus Roberto Metensi episcopo*

Lator presentium, Flavinus scilicet clericus<sup>2</sup>, ad sanctam sedem apostolicam veniens, detulit a te nobis directam epistolam, qua indagare studiasti eum a Northmannis nuperrime captum sinistre manus digitum habere<sup>3</sup> abscissum, sciscitans<sup>4</sup> si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoveri, an non. Quod et nos reperientes, quia solertia tua magis super hoc<sup>5</sup> sollicita a sede apostolica doceri flagitat, normam iustitie semper sequi exoptans, studium<sup>6</sup> tue sanctitatis merito collaudamus, reverentiam tuam, scire volentes quoniam si ita est quod a Northmannis digitum ipsum<sup>7</sup> habeat abscissum, ad promovendum, si alias dignus fuerit, nil ei nocebit, eo quod quid de his qui a dominis vel medicis sive<sup>8</sup> a paganis non sponte tale quid patiuntur sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus, quos eis obviare debere, si ita est, minime reperimus, monentes religionem tuam, ut circa illum ita peragat, quatenus et mercedem pro eo magnam incurrat, et desiderium istius canonica ei auctoritate in aliis non obviante, Deo adiuvante perficiat.

CB Steph. V 28; Ctp 1.64.8] IP 3.44 (Dist. 55, c. Lator presentium.)

<sup>1</sup> De licita promotione eius cui digitus ab hostibus abscissus est add. as rubr. M

<sup>2</sup> clericus CRPHM; diaconus D

<sup>3</sup> -ere CRVHD; -eret M; PB unclear

<sup>4</sup> corr. fr. sisc- D

<sup>5</sup> super hoc CPM; om. D

<sup>6</sup> -d- ss P

<sup>7</sup> ipsum CPM; om. D

<sup>8</sup> sive CPM; seu D

**119***<sup>1</sup>Adoni Viennensi archiepiscopo*

De illo clero, Alvico nomine, quem per ordines ecclesiasticos, usque ad subdiaconatum vixisse dicitis, cur vestra auctoritate uxorem duxerit miramur, eo quod nulli unquam, exceptis illis quos ecclesiastica regula habere permittit uxorem, ducendi licentiam dedimus<sup>2</sup>.

(inter fragmenta epist. Nicolai I).Ctp 1.62.45] Dist. 32, c. De illo clero.)

<sup>1</sup> De subdiacono, qui uxorem duxit post ordines as rubr. Stephanus add. M

<sup>2</sup> dedimus CPB; dederimus DM

**120**

<sup>1</sup>Nicolaus Wilfredo<sup>2</sup> Morinensis ecclesie episcopo

Clericum autem<sup>3</sup> qui paganum occiderit non oportet ad gradum<sup>4</sup> maiorem provehi, qui carere debet etiam acquisito; homicida enim est. Nam cum discreti sint milites seculi a militibus ecclesie, non convenit militem ecclesie seculo militare, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit pervenire. Denique sicut turpe ac perniciosum est laicum missas facere, sacramenta corporis et sanguinis Christi confidere, ita ridiculum est et inconveniens, clericum arma sustollere, et ad bella procedere, cum Paulus apostolus dicat, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. Ac si liquido versa vice<sup>5</sup> dicat, Nemo militans mundo implicat se negotiis spiritualibus.

(in *re scriptis Nicolai I collectis ex Gratiano, tit. 12*). Ctp 1.62.48] (Dist. 50, c. Clericum.)

<sup>1</sup> Quod clericus si paganum occiderit promoveri non possit add. as rubr. M

<sup>2</sup> Wilf- RPVHM; Wif- CBD

<sup>3</sup> autem CRPBDM; om. H

<sup>4</sup> [honorem] add. M

<sup>5</sup> in mg. C

**121**

<sup>1</sup>Idem Nicolaus Radulpho Bituricensi<sup>2</sup> archiepiscopo

Sciscitaris utrum solis presbiteris, an et<sup>3</sup> diaconibus debeant, cum ordinantur, manus chrismatis liquore perungi. Quod in sancta hac Romana, cui Deo auctore deservimus, ecclesia neutris agitur. Sed et quia sit a nove legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat oblivio) legimus. Ergo ad beati Innocentii pape canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, et que tibi sint in consecrationibus, et ordinibus observanda, principia page ad Decentium Eugubinum episcopum misse, te affatim edocebunt.

(Nicol. I, ep. 19, cap. 3). Ctp 1.62.51] (Dist. 23, c. Preterea.)

<sup>1</sup> Ne presbyteris et diaconis cum ordinantur manus chrismate inungantur add. as rubr. M

<sup>2</sup>-icensi CP<sup>2</sup>VHM; -iensi PD

<sup>3</sup> an et CBHM; annon et PV; an etiam D

**122**

<sup>1</sup>Idem Salomoni Constantiensi episcopo

Presbiter vel diaconus quem asseris crimina nolle publice confiteri, sed velle cum sacramento defendere se, et tamen notum est episcopo esse scelus ab ipso perpetratum, non potest per aliquam penitentiam sacerdotali vel diaconali officio potiri. Sed mirandum, si ipse confessus non fuerit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, nisi accusatore forte idoneo per testes idoneos approbante. Unde si examinante episcopo causam presbiteri vel diaconi, non fuerit per testium approbationem ille presbiter vel diaconus forte convictus, non est scelus episcopo legitime manifestum<sup>2</sup>, nisi presbiter vel diaconus sua sponte scelus ipsum confiteatur. Quod nisi fecerit, interim non videmus suo debere presbiterum vel diaconum officio privari. Sola ergo spontanea confessio, et canonicus numerus vel

<sup>1</sup> Quod nemo damnandus sit nisi sponte confessus, vel canonice convictus add. as rubr. M

<sup>2</sup> -estum CPV; -estatum M

qualitas testium, decernentibus episcopis, et accusatore quod obiecerat comprobante, clericum<sup>3</sup> privat proprio gradu.

*Ctp 1.62.55j (15, q. 5, c. Presbyter, vel diaconus.)*

<sup>3</sup> ille presbiter vel diaconus forte – clericum] presbiter ille vel diaconus – clericum over erasure and partly in mg. V<sup>2</sup>

### 123

*<sup>1</sup>Canones<sup>2</sup> VI<sup>3</sup> sinodi cap. 7*

Precipimus ne diaconus quamvis in dignitate, hoc est<sup>4</sup> in officio quolibet ecclesiastico, sit ante presbiterum sedeat, nisi cum vices habuerit proprii patriarche aut metropolitani pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero presumpserit hoc tirannice facere, a proprio gradu repulsus, ultimus omnium fiat in ordine suo.

*Ctp 2.11.3j (Dist. 93, c. Precipimus.)*

<sup>1</sup> Ne diaconus ante presbyterum sedeat *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> -ones CPBD; -onum M

<sup>3</sup> VI CPBDFr; VII M

<sup>4</sup> ss C

### 124

*<sup>1</sup>Cap. 10*

Qui pro culpis suis irrecuperabiliter depositi sunt, et in locum laicorum redacti, si sponte sua convertantur ad Deum, peccato renuntiantes pro quo depositi sunt, et omnino se alienant ab eo, clericalem tonsuram non perdant. Si vero peccato adheserint, quemadmodum laici comas dimittant, quia mundanam conversationem celesti vite preposuerunt.

*[cap. 21].Ctp 2.11.9]*

<sup>1</sup> De irrecuperabiliter depositis *add. as rubr.* M; Canones VI synodi *add. H*

### 125

*Ut servus<sup>1</sup> nesciente domino suo ordinari non debeat<sup>2</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap.*

*5*

Servus si absente aut nesciente domino<sup>3</sup> episcopo autem sciente quod servus sit, diaconus aut presbiter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero episcopus eum servum nescierit, qui testimonium perhibet, aut eum supplicaverint ordinari, simili redibitione teneantur obnoxii.

*(conc. Aur. II, c. 10). BD 2.24j (Dist. 54, c. Si servus.)*

<sup>1</sup> servus *after* suo D

<sup>2</sup> ord. non debeat CPBDH; non ordinetur M

<sup>3</sup> aut nesc. dom. CPB; dom. aut nesc. DM

**126**

*De his qui libertatem a dominis suis<sup>1</sup> ita percipiunt<sup>2</sup> ut nullum sibi<sup>3</sup> obsequium retentent. Ex concilio Toletano, cap. 74<sup>4</sup>*

Quicumque libertatem a dominis suis ita percipiunt ut nullum sibimet in eis obsequium patronus retentet, isti si<sup>5</sup> sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinem liberi<sup>6</sup> suscipiantur<sup>7</sup>, quia directa manumissione absoluti esse noscuntur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni servitute tenentur<sup>8</sup> obnoxii, nullatenus ad ecclesiasticum ordinem promovendi<sup>9</sup>, ne quando voluerint eorum domini fiant ex clericis servi.

(conc. Tol. IV, c. 73).BD 2.25/ IP 3.46 (Dist. 54, c. Quicunque.)

<sup>1</sup> a dom. suis CPBHD; om. M

<sup>2</sup> percipiunt CPBDH; consequuntur M

<sup>3</sup> domini add. M, om. CPDH

<sup>4</sup> 74 CRPBDM; 72 H

<sup>5</sup> ss C

<sup>6</sup> -eri CPBDM; -ere Fr

<sup>7</sup> -iantur CPM; -iuntur D

<sup>8</sup> ten- CPM; vid- D

<sup>9</sup> prom. CPB; sunt prom. after corr. D; prom. sunt M

**127**

*De servis ordinandis secundum ecclesiastica mandata<sup>1</sup> quomodo ingenui fieri debeant. Ex concilio Remensi, cap. 1*

Auctoritas ecclesiastica patenter admonet, insuper et maiestas regia canonice religioni assensum prebet, ut quemcumque ad sacros ordines ex familia propria promovere ecclesia queque delegaverit, in presentia sacerdotum canonicorum, simul et nobilium laicorum, eius cui subiectus est subscriptione vel manumissione, sub libertatis testamento, solempniter roboretur.

BD 2.26a]

<sup>1</sup> sec. eccl. mand. CPBD; om. M

**128**

*<sup>1</sup>Ex concilio Toletano*

Debent autem suprascripte ingenuitatis carte non solum nomen illius qui has fieri rogat, sed etiam nomina sacerdotum et nobilium laicorum qui ibi fuerint, in ordine digesta, cum signis propria manu impressis continere. Nam sine horum astipulatione pagina auctoritate testium nudata pro nihilo deputatur. Oportet etiam ut locus, dies, annus, princeps, et inductiones in fine vel in margine adnotata habeantur in hunc modum. Actum in illa civitate, in domo Sancti Petri, Kalendis illis, anno dominice Incarnationis illo, regnante illo rege, et presidente in cathedra supradicte civitatis episcopo illo vel in monasterio illo<sup>2</sup> (quatuor hec verba non sunt in originali), inductione illa, in Dei nomine feliciter. Amen. Ait enim Romana auctoritas, Quecumque leges sine die et consule fuerint prolate, non valeant.

(in fragmentis conc. Tolet. I) BD 2.27]

<sup>1</sup> De eodem add. as rubr. M

<sup>2</sup> rege et pres. - illo in mg. D

**129***<sup>1</sup>De eodem. Ex eodem concilio*

Intruendi sunt preterea<sup>2</sup> laici ut sciant quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt servos, quos dominicis castris aggregari decreverunt, nisi in sacrosancta ecclesia ordine supranotato. Quomodo enim clerici extra sanctam ecclesiam libertatem consequi possunt, qui a lege mundana extranei sunt? Et quibus interdicitur ne ad seculare iudicium procedant, quomodo seculari iudicio a iugo servitutis absolvuntur? Sed fortasse dicit aliquis<sup>3</sup>, Clericus fieri non permittitur, nisi ante susceptum clericatus officium, ingenuitate potiatur. Revera verum dicit, Et ideo quod infirmari vel vituperari potest, precaveri<sup>4</sup> debet.

(*ibidem*). BD 2.28]

<sup>1</sup> Item *add.* M

<sup>2</sup> preterea CDHM BD; propterea PVB

<sup>3</sup> Sed fort. dic. al. *in upper mg.* D

<sup>4</sup> precaveri CPHM; previderi D

**130***<sup>1</sup>De eodem. Ex<sup>2</sup> eodem concilio*

Non solum autem qui ad clericatus ordinem<sup>3</sup> promovendi sunt<sup>4</sup> manumittendi sunt, verum etiam<sup>5</sup> hi quos quisque<sup>6</sup> pro remedio anime sue emancipari vult, quia sic scriptum quippe<sup>7</sup> est in pacto Francorum.

(*ibidem*). BD 2.29]

<sup>1</sup> Item *add.* M

<sup>2</sup> eodem Ex CPM; *om.* D

<sup>3</sup> ordinem CPM; auctoritatem D

<sup>4</sup> in ecclesia *add. Fr, om.* CPDM

<sup>5</sup> etiam CPM; *et D*

<sup>6</sup> *ss D*

<sup>7</sup> scr. quippe CPFr; quippe scr. D; scr. M

**131***Exemplar libertatis de proprio servo. Ex eodem concilio*

Qui debitum sibi nexum atque competens relaxat servitium, premium in futuro apud Dominum sibi provenire non dubitet. Quapropter ego, in Dei nomine, illum pro remedio anime mee, vel eterna retributione in ecclesia Sancti Petri, vel illius sancti, sub presentia episcopi vel sacerdotum ibi consistentium, ac nobilium laicorum, ante cornu altaris istius ecclesie, absolvo servum meum illum, per hanc cartam absolutionis, et ingenuitatis, ab omni vinculo servitutis, ita ut ab hac die, et deinceps ingenuus sit, et ingenuus permaneat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisse natus, aut procreatus. Eam pergit partem quam maluerit, vel quam ei auctoritas canonica permittit, et sicut alii ingenui vitam ducat ingenuam. Nulli autem heredum meorum, ac proheredum, nec cuiquam persone alii quidquam debeat servitutis, vel libertatis obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt, vel pro cuius amore ipsum devotus ad eius servitium obtuli. Peculiare vero suum quod Dominus ei dederit, vel deinceps, Deo auxiliante, assequi<sup>1</sup> potuerit, concessum in perpetuum habeat, ut inde faciat quicquid illi placuerit, secundum ecclesiasticas sanctiones. Si quis vero (quod futurum esse non credo) si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quelibet opposita

<sup>1</sup> [al. laborare] *add. Fr*

persona, contra hanc ingenuitatis cartam venire tentaverit, aut eam quolibet modo infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, et a liminibus sancte ecclesie extraneus efficiatur, et insuper qui litem intulit sexaginta<sup>2</sup> solidos persolvat, et<sup>3</sup> quod repetit vindicare non valeat; sed presens ingenuitas mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata cum<sup>4</sup> astipulatione<sup>5</sup> subnixa<sup>6</sup> omni tempore maneat inconvulsa<sup>7</sup>.  
*(ibidem). BD 2.30]*

<sup>2</sup> sexaginta CPH; quadraginta DM, [sexaginta] add. M

<sup>3</sup> et CPM; eo D

<sup>4</sup> cum CPHM; eum D; aut Fr

<sup>5</sup> corr. fr. aust- C

<sup>6</sup> subnixa CPH; subiecta D; subiuncta M; [al. subnixa] add. Fr

<sup>7</sup> corr. fr. inconcussa B

## 132

### *De servorum ordinatione. Ex eodem concilio, cap. 32*

De servorum ordinatione qui passim ad gradus ecclesiasticos in discrete promoventur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere, et statutum est ut nullus episcoporum deinceps, eos ad sacros ordines promovere presumat, nisi prius a dominis propriis consecuti fuerint libertatem. Et si quilibet servus dominum suum fugiens aut latitans, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur, et dominus eius eum recipiat. Si vero avus aut pater ab alia patria in aliam migrans in eadem provincia filium genuerit, et ipse filius ibidem educatus ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, et utrum servus sit ignotum sit, et postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est ut si dominus eius<sup>1</sup> libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. Si vero eum catena servitutis a castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat; quia iuxta sacros canones vilis persona manens, sacerdotii dignitate fungi non potest.  
*BD 2.31] IP 3.163 from Si quilibet servus dominum (Dist. 54, c. De servorum.)*

<sup>1</sup> eius CPD; ei [eius] M

## 133

### *De ecclesiarum servis. Ex eodem concilio, cap. 33*

De ecclesiarum vero servis communi sententia est decretum, ut archiepiscopi per singulas provincias constituti nostram auctoritatem sequantur. Suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant, et quandocumque de familia ecclesie utilis inventus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa auctoritas coram populo legatur, te coram sacerdotibus et omni clero ante cornu altaris (sicut in nostra auctoritate continetur) remota qualibet calliditate, libertatem consequatur, et tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoveatur.  
*(ibidem). BD 2.32]*

**134**

*Ut penitentes vel bigami<sup>1</sup> non promoveantur. Ex concilio Arelatensi III<sup>2</sup>, cap 3*

Ut digami<sup>3</sup> vel penitentes vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non promoveantur.

*BD 2.33] IP 3.59a (Dist. 55, c. Nullus penitentem.)*

<sup>1</sup> big- CRPBDM; dig- H

<sup>2</sup> corr. fr. IIII P

<sup>3</sup> dig- CPBH; big- DM

**135**

*Energumini non solum<sup>1</sup> assumendi sunt ad clerum sed inventi ab officio removendi<sup>2</sup>.*

*Ex concilio Arausico, cap. 6*

Energumeni non solum assumendi non sunt ad ullum ordinem clericatus, sed etiam illi<sup>3</sup> qui ordinati sunt, ab imposito officio repellendi sunt.

*(Araus. I). BD 2.34] IP 3.59b as P, i.e. has rubric as end of c.134*

<sup>1</sup> non add. D, om. C<sup>2</sup>P

<sup>2</sup> Energ. - remov. CP(in black as end of previous canon)BD; De energumenis M

<sup>3</sup> illi CPD; om. M

**136**

*Ut nullus ex penitentibus ordinetur<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 78<sup>2</sup>*

Ex penitentibus, quamvis<sup>3</sup> bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero; quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse in penitentia.<sup>4</sup>

*(Cart. IV, c. 68). BD 2.35] IP 3.60 (Dist. 50, c. Ex penitentibus.)*

<sup>1</sup> Ut - ord. CPDH; Item ne poenitentes ordinentur M

<sup>2</sup> 78 CPBDH; 77 M

<sup>3</sup> sit add. Fr, om. CPDM

<sup>4</sup> Si autem sciens episcopus ordinaverit talem, etiam ab episcopatus sui, ordinandi duntaxat, potestate privetur. add. Fr, om. CPBDHM

**137**

*De auctoribus<sup>1</sup> et procuratoribus si ordinari debeant. Ex eodem concilio, cap. 9*

Magnus episcopus Astuagensis dixit, Quid dilectioni vestre<sup>2</sup> videtur, procuratores et actores, etiam executores pupillorum, si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit, Si post disposita universa et redditia ratiocinia, actus vite ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent et cum laude clericatus si postulatum fuerit, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Universi dixerunt, Recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita nostra est quoque<sup>3</sup> sententia.

*BD 2.36]*

<sup>1</sup> auct- CPD; act- M

<sup>2</sup> dil. vestre CBD; dil. PH; vestre dil. M

<sup>3</sup> nostra est quoque CPHM; est nostra D

**138**

*Ut de penitentibus nullus admittatur ad clerum<sup>1</sup>. Ex concilio Toletano, cap. I<sup>2</sup>*

Item placuit ut penitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit<sup>3</sup> inter ostiarios deputentur<sup>4</sup> vel inter lectores, ita ut evangelia et apostolum<sup>5</sup> non legant. Si qui autem ante ordinati sunt, inter subdiaconos habeantur<sup>6</sup>, ita ut manum non imponant, aut sacra contingent<sup>7</sup>. Eum vero penitentem dicimus qui post baptismum aut<sup>8</sup> pro homicidio, aut pro diversis criminibus gravissimisque peccatis<sup>9</sup> publicam penitentiam gerens, sub cilicio<sup>10</sup> divino fuerit reconciliatus altario.

*BD 2.37] IP 3.61 (Dist. 50, c. Placuit.)*

<sup>1</sup> Ut de - ad clerum CPBD; Item de poenitentibus M

<sup>2</sup> Ex conc. Tol. cap. 1 CP; cap. 1 D; Ex Toletano concilio I, cap. 2 M

<sup>3</sup> ex- ss D

<sup>4</sup> [et tunc deputentur] add. M

<sup>5</sup> ev. et ap. CPM; ap. et ev. D

<sup>6</sup> corr. fr. -entur D

<sup>7</sup> -ant CVBDM; -uant P

<sup>8</sup> aut CPB; om. DM

<sup>9</sup> grav. pecc. CPM; et pecc. gravissimis D

<sup>10</sup> cil. CPM; concilio D

**139**

*Laicus, si secundam uxorem duxerit, clericus non fiat. Ex concilio Aurelianensi<sup>1</sup>, cap. 8*

Si quis de laicis post uxorem aliam cuiusque<sup>2</sup> conditionis cognoverit mulierem, in clerum nullatenus admittatur.

*(Aurel. III, cap. 9). BD 2.38] IP 3.62*

<sup>1</sup> -ianensi CPD; Aurel' B; -iensi M

<sup>2</sup> cuiusque CPB; cuiuscumque DM

**140**

*Ut nullus alterius parochianum retinere presumat. Ex decretis Adriani pape, cap. 15*

Nullus episcopus alterius<sup>1</sup> parochianum presumat retinere aut ordinare absque eius voluntate, vel iudicare; quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita et iudicium; quoniam censemus nullum alterius iudicis, nisi sui sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare ullatenus potest<sup>2</sup>.

*(inter 80 canones contra falsos accusatores episcoporum). BD 2.39]*

<sup>1</sup> -te- ss D

<sup>2</sup> potest CPBDM; poterit Fr

**141**

*Ut ab alieno<sup>1</sup> episcopo ordinatus in clero non maneat. Ex concilio Magontiensi, cap. 4*

Ordinatus clericus ab alio episcopo, non deprecante vel consentiente suo, in clero non maneat.

*BD 2.40]*

<sup>1</sup> alieno CPBHD; alio M

## 142

*De quodam episcopo qui alterius episcopi<sup>1</sup> clericum eo nolente ordinaverat. Ex concilio Africano, cap. 42*

Epigonius episcopus dixit, In multis conciliis hoc statutum<sup>2</sup> est, etiam<sup>3</sup> nunc confirmandum est a vestra prudentia, fratres beatissimi<sup>4</sup> ut clericum alienum nullus sibi preripiat episcopus, preter eius arbitrium cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis, per meam parvitatem in se collatis, ita temerarium et audacem extitisse, ut eum qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus mihi ab eodem commendatus, cumque multis annis a me aleretur, atque incresceret, hunc ut dixi baptizatum esse in ecclesia mea, per manum parvitatis mee constat, idem in diocesi Mapaliensi lector esse ceperat, imo annis ferme duobus legerat. Nam<sup>5</sup> nescio quo contemptu<sup>6</sup> immanissimo idem Iulianus eum arripuit, quem dicit quasi proprium civem sui loci Vazaritani me inconsulto usurpare. Nam et diaconem illum ordinavit. Hoc si liceat, pateat hec licentia a vobis, beatissimi fratres. Sin minus, tam impudens cohibeatur ne se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit, Si non postulata neque consulta tua dignatione, id videtur fecisse Iulianus, iudicamus omnes inique factum atque indigne. Quapropter idem Iulianus si non correxerit errorem suum, et cum satisfactione eumdem clericum quem fuit ausus ordinare, revocaverit tue plebi, contra statuta concilii faciens, contumacie sue separatus a nobis excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit, Etate pater, et ipse promotione antiquissimus vir laudabilis frater et collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

(*Carth. III, c. 44. BD 2.41*)

<sup>1</sup> episc. CPM; *om.* D

<sup>2</sup> statutum CPM; factum D

<sup>3</sup> etiam CPD; et M

<sup>4</sup> beatissimi CPD; charissimi [beatissimi] M

<sup>5</sup> Nam CPDM; *om.* Fr

<sup>6</sup> [al. humilitatis meae] *add.* Fr

## 143

*Ut nemo clericum alienum suscipiat sine voluntate sui episcopi<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 20<sup>2</sup>*

Ut clericum alienum non concedente proprio episcopo nemo audeat vel retinere, vel promovere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, et psalmiste et ostiarii retineant.

(*Carth. III, c. 2. BD 2.42*) (*Dist. 72, c. Alienum clericum*)

<sup>1</sup> Ut – sui episcopi (ep. sui H) CPBDH; Ne alienum clericum quis retineat M

<sup>2</sup> 20 CDHM; 25 PV; 5 B

## 144

*Ut nullus episcopus alienum clericum sine litteris sui episcopi<sup>1</sup> suscipiat. Ex eodem<sup>2</sup>, cap. 6*

Privatus<sup>3</sup> episcopus Begesilitanus<sup>4</sup> dixit, Suggero sanctitati vestre ut statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris episcopi sui, neque apud se

<sup>1</sup> sui ep. CPB; ep. sui DM

<sup>2</sup> concilio *add.* DM, *om.* CPB

retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia episcopi eius, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit, Hoc observare<sup>5</sup> pacem custodit. Nam in mensa concilii sanctissimi Sardicensis similiter statutum est<sup>6</sup>, ut nemo alterius plebis hominem usurpet. Sed, si forte erit necessarium<sup>7</sup>, petat a collega suo, et<sup>8</sup> consensum habeat.

(*Carth. I, c. 5*). BD 2.43] (*Dist. 71, c. Privatus*)

<sup>3</sup> Priv- CPBDM; Prim- *Fr*

<sup>4</sup> Beg- CPBDM; Veg- *Fr*

<sup>5</sup> Hoc observare CPD; Hoc obs. [Hec observantia] M; Hec obs. *Fr*

<sup>6</sup> in mensa - est CPD; et memini in sanctissimo concilio Sardicensi similiter (*om. Fr*) statutum M; (c. 16, 18, 19) *add. Fr*

<sup>7</sup> -ium CPD; -ius [-ium] M; -ius *Fr*

<sup>8</sup> per *add. Fr*, *om. CPBM*

### 145

*De presbiteris et diaconibus qui sine litteris episcopi sui ambulant. Ex concilio Agathensi, cap. 5*

Presbiter et<sup>1</sup> diaconus, aut clericus si sine antistitis sui epistolis<sup>2</sup> ambulant, communionem eis nullus impendat.

(*cap. 52*). BD 2.44]

<sup>1</sup> et CPHM; aut D

<sup>2</sup> ant. sui epist. CPHM; epist. ant. sui D

### 146

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Laodicensi, cap. 41<sup>2</sup>*

Quod non oporteat<sup>3</sup> sacerdotem vel clericum sine litteris proficisci canoniciis.  
BD 2.45] (*De cons., dist. 5, c. Non oportet*)

<sup>1</sup> eadem re CPD; eodem M

<sup>2</sup> 41 CPM; 1 D

<sup>3</sup> corr. fr. -et D

### 147

*Ut quisque ordinatus<sup>1</sup> litteras ab ordinatore suo accipiat. Ex concilio Milevitano, cap. 14*

Deinde placuit ut quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes annum Domini et diem<sup>2</sup>, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

BD 2.46]

<sup>1</sup> quisque ordinatus CPBD; unusquisque presbyter cum ordinatur M

<sup>2</sup> [consulem et diem] *add. Fr*

**148**

*Ut ordinatus quisque in illis locis permaneat ad que ordinatus est<sup>1</sup>. Ex concilio Agathensi, cap. 2*

De his qui in quibuscumque<sup>2</sup> locis ordinati fuerint, ministri in ipsis locis perseverent.

*BD 2.47]*

<sup>1</sup> Ut ord. quisque in illis locis perm. ad que ord. est CPH; Ut ord. in locis ad quae ord. est. perm. M  
<sup>2</sup> -cumque CPDH; -dam M

**149**

*De presbitero qui confessus fuerit quod ante ordinationem peccaverit<sup>1</sup>. Ex concilio Cabilonensi, cap. 25*

Si quis presbiter ante ordinationem peccaverit, et post ordinationem peccata confessus fuerit quod ante erraverit<sup>2</sup>, non offerat sed tantum<sup>3</sup> pro religione<sup>4</sup> nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab<sup>5</sup> alio publice convictus; nec hoc ipsum habeat, ut nomen presbiteri portet. Similiter et de diaconibus observandum est, ut si ipse confessus fuerit, ordinem subdiaconi retineat.

(cap. 25, syno. Greca a Marti. episc. Brac. collectarum). BD 2.48] IP 3.150 (25, q. 8, c. *Si quis presbiter.*)

<sup>1</sup> quod ante ord. pecc. CP; ante ord. se peccasse M

<sup>2</sup> -erit CPM; -it D

<sup>3</sup> sed tantum CP<sup>2</sup>VB; tantum P; sed tamen DM

<sup>4</sup> -li- ss D

<sup>5</sup> ab repeated and canc. D

**150**

*De eodem<sup>1</sup>. Ex concilio Neocesariensi<sup>2</sup>, cap. 8<sup>3</sup>*

Presbiter si preoccupatus corporali<sup>4</sup> peccato promoveatur, et confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecrat, manens in reliquis officiis propter studium bonum<sup>5</sup>. Quod si de se ipse<sup>6</sup> confessus non fuerit, et argui manifeste nequiverit, potestatis sue iudicio<sup>7</sup> relinquatur.

(cap. 9]. BD 2.49] IP 3.151 (15, q. 8, c. *Qui admisit.*)

<sup>1</sup> eodem CRPD; presbitero qui confessus fuerit quod ante ordinationem peccaverit H; eadem re M

<sup>2</sup> Neoc. CRPM; Cabilonensi H

<sup>3</sup> 8 CPBD; 13 M

<sup>4</sup> corp. CPM; criminali D

<sup>5</sup> stud. bon. CPM; bon. stud. D

<sup>6</sup> se ipse CPD; se B; seipso M

<sup>7</sup> ss P

**151**

*De ministerio<sup>1</sup> presbiterorum, vel<sup>2</sup> quid eis commissum sit. Ex dictis<sup>3</sup> Augustini*

Vos presbiteri veraciter<sup>4</sup> nosse debetis, et semper meminisse, quia nos quibus regendarum animarum cura commissa est, pro his qui nostra negligentia pereunt,

<sup>1</sup> -erio CPDH; -eriis M

<sup>2</sup> vel CPD; et M

<sup>3</sup> Ex dictis CPHM; om. D

rationem reddituri sumus; pro his vero quos verbis et exemplis lucrati fuerimus, premium eterne vite percipiemos. Nobis enim a Domino dictum est, Vos estis sal terre. Quod si populus fidelis cibus est Dei, eiusdem cibi condimentum nos sumus. Scitote vestrum gradum nostro gradui secundum, et pene coniunctum esse. Sicut enim episcopi apostolorum in ecclesia, ita nimur presbiteri ceterorum discipulorum Domini vicem tenent. Et illi tenent gradum summi pontificis Aaron, isti vero filiorum eius. Unde oportet vos semper memores esse tante dignitatis, memores vestre consecrationis, memores sacre, quam in manibus suscepistis, unctionis, ut nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro unguine delibutas peccando polluatis, sed cordis et corporis munditiam conservantes plebibus exemplum bene vivendi prebentes, his quibus preestis ducatum ad celestia regna<sup>5</sup> prebeatis.

*BD 2.55]*

<sup>4</sup> veraciter CPH; *om.* DM

<sup>5</sup> cel. regna CPHM; reg. cel. D

## 152

*Ut singuli presbiteri singulos habeant clericos<sup>1</sup>. Ex concilio Nannetensi, cap. 8<sup>2</sup>*

Ut quisque presbiter qui plebem<sup>3</sup> regit, clericum habeat qui secum cantet, et Epistolam et lectionem legat, et qui scholam possit tenere, et admoneat suos parochianos, ut filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat.

*BD 2.56]*

<sup>1</sup> hab. cler. CPD; cler. hab. M

<sup>2</sup> 8 CRPDM; ? B; 9 H

<sup>3</sup> pbebem H

## 153

*Quod presbiterorum fides primum discutienda sit<sup>1</sup>. Ex concilio Maticensi, cap. 3*

Primo omnium discutienda est fides sacerdotum, qualiter credant, et alios credere doceant. Ibi exempla proponenda sunt, quatenus creatura Creator quantulumcumque possit intelligi.

*BD 2.57]*

<sup>1</sup> Quod - sit. CPD; De discutienda fide presbyterorum M

## 154

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex dictis Augustini*

Hortamus vos paratos esse ad docendas plebes vestras. Qui scripturas scit, predicet scripturas; qui vero nescit, saltem hoc quod notissimum habet plebibus dicat, ut declinent a malo et faciant bonum, inquirant pacem et sequantur eam. Quia oculi Domini super iustos, et aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Nullus ergo excusare se poterit, quod non habeat linguam unde aliquam possit edificare. Mox enim ut quemlibet

<sup>1</sup> De eadem re CPD; Quomodo vel quid presbyteri sibi commissos docere debeant M

errantem viderit, prout valet et potest, aut arguendo, vel obsecrando, vel increpando ab errore retrahat, et ad peragendum opus bonum<sup>2</sup> hortetur.

*BD 2.58]*

---

<sup>2</sup> op. bon. CPM; bon. op. D

### 155

*Quod in primis predicandum sit qualiter credere debeant<sup>1</sup>. Ex concilio Rothomagensi, cap. 6*

In primis predicandum est omnibus generaliter, ut credant Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, qui omnia fecit, et unam esse deitatem et substantiam, et maiestatem in tribus personis Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

*BD 2.59]*

---

<sup>1</sup> Quod - debeant CPD; De eadem re M

### 156

*De eadem re. Ex eodem concilio, cap. 2*

Item predicandum est quomodo Filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine, pro salute humani generis passus, sepultus, tertia die resurrexit, et in celum ascendit, in fine mundi venturus iudicare omnes homines secundum opera propria, quomodo impii cum diabolo in ignem eternum mittentur, iusti cum Christo in vita eterna<sup>2</sup> erunt.

*BD 2.60]*

---

<sup>1</sup> Item add. M

<sup>2</sup> vita eterna CRM; vitam eternam PVD

### 157

*De eadem re<sup>1</sup>, cap. 3*

Item predicandum est quod omnes homines in propria carne resurgent.  
*BD 2.61]*

---

<sup>1</sup> De eadem re CPD; Item de eodem M

### 158

*Ut omnis presbiter parochianis suis simbolum et orationem dominicam insinuet. Ex concilio Remensi, cap. 8*

Ut omnis presbiter omnibus parochianis suis simbolum et orationem dominicam, aut ipse per se insinuet, aut aliis insinuandum iniungat, ut cum ad confessionem tempore quadragesimali veniunt, hec ab unoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctam communionem alicui tradat, nisi hec ex corde pronuntiare noverit. Siquidem sine horam scientia, nullus salvus esse poterit. In uno enim fides et credulitas Christiana continetur, in alio quid orare et petere a Deo debeamus exprimitur. Quod vero sine fide nemo possit esse salvus Dominus ostendit, cum dicit, Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Nullus autem credere potest quod nescit, nec audivit. Ait enim Paulus, Quomodo credent ei, quem non audierunt?

Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enuntietur, ut idem apostolus testis est, Corde enim, inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Nullus autem de stoliditate sensus vel tenuitate ingenii causetur; quia hec tam parva sunt, ut nemo tam hebes et barbarus sit qui hoc discere et verbis communibus pronuntiare non possit; tam magna, ut qui horum scientiam pleniter capere potuerit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam. Illud etiam observandum ut nullus suscipiat infantem in baptismo a sacro fonte, antequam idem simbolum et orationem dominicam coram presbitero<sup>1</sup> decantent. Et tunc presbiter omnibus patrinis annuntiet, quod debitores sint suis filiolis cum ad intelligibilem etatem venerint, hec eadem insinuare.

*BD 2.62]*

---

<sup>1</sup> presb. CPD; populo [presbytero] M

## 159

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Cabilonensi, cap. 3*

Iubendum est ut oratio dominica in qua omnia necessaria humane vite comprehenduntur, et simbolum apostolorum in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam Latine quam barbarice, ut quod ore confitentur, corde credant.

*BD 2.63 var.]*

---

<sup>1</sup> De ead. re] Ut oratio dominica et symbolum ab omnibus discatur H

## 160

*De<sup>1</sup> dilectione Dei et proximi. Ex eodem<sup>2</sup>, cap. 5*

Item predicandum est de dilectione Dei et proximi, de fide, et spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosinis, de confessione ut fratribus ex corde remittatur, quia qui hec et similia agunt, regnum Dei consequentur.

*BD 2.64]*

---

<sup>1</sup> praedicanda add. M

<sup>2</sup> concilio add. D, om. CPM

## 161

*De criminibus quibus homines cum diabolo deputantur<sup>1</sup>. Ex eodem<sup>2</sup>, cap. 4<sup>3</sup>*

Item predicandum est, pro quibus criminibus homines cum diabolo deputantur, que apostolus sic enumerat, Fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, beneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, ire, rixe, dissensiones, secte, invidie, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia. Qui talia agunt, regnum Dei<sup>4</sup> non consequentur. Et ideo hec omnia cum omni studio prohibeantur.

*BD 2.65]*

---

<sup>1</sup> criminibus - deput. CPD; criminalibus peccatis M

<sup>2</sup> Ex eodem CBM; Item ex eodem PV; Ex eodem concilio D

<sup>3</sup> 4 CPDM BD; 5 B; 3 Fr

<sup>4</sup> in mg. C

**162**

*Ut de auditorio nullus egrediatur sacerdote verbum faciente. Ex concilio Carthaginensi<sup>1</sup>, cap. 24*

Sacerdote in ecclesia<sup>2</sup> verbum faciente, qui egressus de auditorio fuerit sine gravi necessitate<sup>3</sup>, excommunicetur.

*BD 2.66] (De cons., dist. 1, c. Sacerdote.)*

<sup>1</sup> -iensi CPD; -ensi BH; -ensi IV M

<sup>2</sup> erasure follows in C

<sup>3</sup> [haec tria verba desunt in orig.] add. Fr

**163**

*De eadem re. Ex canone apostolorum<sup>1</sup>*

Omnes fideles qui conveniunt in solemnitatibus sacris ad ecclesiam, et scripturas apostolorum et evangelium audiunt, non autem perseverant in oratione usque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines ecclesie commoventes, convenit communione privari.

*BD 2.67] (De cons., dist. 1, c. Omnes fideles.)*

<sup>1</sup> can. ap. CPBD; canonibus ap. , cap. 10. M

**164**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex canone apostolorum*

Omnes Christiani qui ingrediuntur<sup>2</sup> ecclesiam Dei, et scripturas sacras audiunt, neque communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se a perceptione sacre communionis avertunt, hi de ecclesia removeantur, donec per confessionem penitentie fructus<sup>3</sup> ostendant.

*BD 2.68]*

<sup>1</sup> De eadem re CPD; Item de eodem M

<sup>2</sup> in add. DM, om. CP

<sup>3</sup>-tus CPM; -tum D

**165**

*De precibus post allocutionem. Ex concilio Laodicensi, cap. 19*

Quod oporteat seorsum primum post allocutionem episcoporum vel presbiterorum orationes super catechumenos celebrari, et postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt<sup>1</sup> in penitentia<sup>2</sup> preces fieri, his etiam accendentibus ad manum sacerdotis et discedentibus, tres orationes consummari fidelium, ita ut prima quidem sub silentio, secunda vero et tertia per exclamaciones solitas expleantur.<sup>3</sup>

*BD 2.69*

<sup>1</sup> super -sunt in mg. D

<sup>2</sup> penitentia CPM; ecclesia penitentes D

<sup>3</sup> Et ita demum pacem sibi invicem dabunt. Et postea quam dederit episcopus presbyteris osculum pacis, tunc laici sibi tribuent, et ita sancta celebrabitur oblatio. *add. Fr, om. CPBDM with BD*

**166**

*De admonitione presbiterorum<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 4*

Ut sacerdotes admoneant populum, ut elemosinam dent, et orationes faciant pro diversis plagis, quas assidue pro peccatis nostris patimur.  
BD 2.72]

<sup>1</sup> De adm. presb. CPD; Quae admonere debeant presbyteri M

**167**

*Quomodo unusquisque orare debeat. Ex eodem<sup>1</sup>, cap. 6*

Item instruendus est populus<sup>2</sup> ut singulis diebus qui amplius non potest, saltem duabus vicibus oret, mane scilicet et vespere, dicens Simbolum et orationem dominicam, sive, Qui plasmasti me miserere mei, vel etiam, Deus, propitius esto mihi peccatori, et Deo gratias agens pro cotidiane vite commeatibus, et quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, et a pecudibus segregare. His ita peractis et solo Deo creatore suo adorato, sanctos invocet, ut pro se intercedere apud maiestatem divinam dignentur. Hec faciant, quibus basilice locus prope est, in basilica; qui vero in itinere, aut pro qualibet occasione in silvis, aut in agris ubicumque eos ipsa hora matutinalis vel vespertina invenerit, sic faciant, scientes Deum ubique presentem esse, dicente psalmista in omni loco dominationes<sup>3</sup> eius.

BD 2.73]

<sup>1</sup> concilio add. D, om. CPM

<sup>2</sup> instr. est pop. CPM; ammonendus est populus et instruendus D

<sup>3</sup> -nes CPM; -nis D

**168**

*De filiis quomodo parentibus obedire debeant. Ex concilio apud Avernas, cap. 3<sup>1</sup>*

Admonendi sunt fideles sancte<sup>2</sup> Dei ecclesie<sup>3</sup>, ut filii vel<sup>4</sup> filie parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente Domino, Fili, honorifica patrem tuum. Nam, ut ipsi parentes erga filios suos ac filias modeste se agant, admonendi sunt, dicente apostolo, Et vos parentes, nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Nam et hoc dicendum est eis, ut si illi genitali affectu parcere velint iniuriis filiorum, non hos impunitos Dominus sinit, nisi forte penitentie subiciantur. Sed tamen levius est filiis parentum quelibet flagella suscipere, quam Dei iram incurtere.

[3]. BD 2.74]

<sup>1</sup> 3 CPD; 6 [3] M

<sup>2</sup> erasure follows in C

<sup>3</sup> Dei eccl. CPD; eccl. Dei M

<sup>4</sup> vel CPD; et M

**169**

*Ut ad salutationes sacerdotales ad missam<sup>1</sup> omnes devote<sup>2</sup> respondeant. Ex concilio Aurelianensi, cap. 2<sup>3</sup>*

Item intimandum est, ut ad sacerdotales salutationes<sup>4</sup> congrue responsiones discantur<sup>5</sup>, ubi non solum clerici et Deo dicati, sacerdoti responsiones offerant, sed omnis plebs devote consona voce<sup>6</sup> respondere debet.

*BD 2.79]*

<sup>1</sup> -tales ad missam CPD; -tis in missa M

<sup>2</sup> devote CPD; *om. M*

<sup>3</sup> 2 CPDM; *om. Fr*

<sup>4</sup> sac. sal. CP; sal. sac. DM

<sup>5</sup> disc- CPM; dic-D

<sup>6</sup> dev. cons. voce CP; cons. voce dev. DM

**170**

*Ut nullus ordinatus per sancta discurrat, ecclesie sue cura derelicta<sup>1</sup>. Ex dictis Augustini*

Interdicendum est ut nullus ordinatus migret de sua parochia ad aliam nec in limina apostolorum causa orationis, sue ecclesie cura derelicta, nec ad palatum causa interpellandi. Quod si fecerit, nihil valet huiusmodi aut ordinatio aut<sup>2</sup> demigratio. Et hoc omnibus denuntiandum, ut qui causa orationis ad limina beatorum apostolorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata sua, et sic proficiscantur, quia a<sup>3</sup> proprio episcopo suo, aut a<sup>4</sup> sacerdote ligandi aut solvendi sunt, non ab extraneo.

*BD 2.80] IP 3.71*

<sup>1</sup> Ut nullus - derel. CPD; Ne presbyter relictus ecclesia sua, per sancta loca discurrat M

<sup>2</sup> aut CPBD; vel M

<sup>3</sup> quia a CPDM; qui a Fr

<sup>4</sup> ss C

**171**

*Ex epistola Clementis. Nihil agendum sine licentia episcopi<sup>1</sup>*

Nullum enim presbiterum in alicuius episcopi parochia aliquid agere debere, absque eius permisso docebat. Cunctos presbiteros propriis episcopis in omnibus absque mora obedientes, instituente Domino, esse debere docebat. Nullum aliena concupiscere aut presumere que eorum erant, sed unumquemque suis sibique commissis contentum esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vult fieri, instruebat.

*(epist. 1, ante finem). BD 2.94]*

<sup>1</sup> *rubric before insc.* M

**172**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Arelatensi<sup>2</sup>, cap. 2*

De presbiteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, et ad<sup>3</sup> alia loca se transferunt, placuit ut hisdem<sup>4</sup> locis ministrent<sup>5</sup>. Quod<sup>6</sup> si derelictis locis suis ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.

*BD 2.95 IP 3.72*

<sup>1</sup> De eadem re CPB; om. H; Ne presbyteri relictis locis sibi commissis ad alia transeant M

<sup>2</sup> primo add. Fr

<sup>3</sup> ss P

<sup>4</sup> hisdem CPB; iisdem C<sup>2</sup>M; isdem D

<sup>5</sup> quibus prefixi sunt add. M, om. CPBD

<sup>6</sup> Quod CPBDM; Qui Fr

**173**

*Quod non liceat clericum in duarum civitatum simul conscribi<sup>1</sup> ecclesiis. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 10*

Non licere clericum in duarum civitatum conscribi simul ecclesiis, sed in qua ab initio ordinatus est ministret; nec ad aliam configiat, quasi ad<sup>2</sup> potiorem, ob inanis glorie cupiditatem. Hoc autem facientes revocari debent ad suam ecclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrare.

(actione 15) *BD 2.96 IP 3.73 (21, q. 1, c. Clericum duarum.)*

<sup>1</sup> sim. cons. CPHM; cons. sim. D

<sup>2</sup> ad CPD; om. M

**174**

*De ordinatis ne de civitate in civitatem contra ius canonum transferantur<sup>1</sup>. Ex concilio Niceno, cap. 15*

Propter multam perturbationem, et seditiones<sup>2</sup> que fiunt, placuit consuetudinem omnimodi amputari, que preter regulam in quibusdam partibus videtur admissa; ita de civitate in civitatem<sup>3</sup> non episcopus, non presbiter, non diaconus transferatur. Si quis autem post diffinitionem sancti et magni concilii tale quid agere tentaverit, et se huiusmodi negotio manciparit, hoc factum prorsus irritum ducatur, et restituatur ecclesie cui fuerit, episcopus aut presbiter, aut diaconus ordinatus.

(et Aquisgr., c. 43). *BD 2.97* (7, q. 1, c. Non oportet.)

<sup>1</sup> De - transferantur CPD; Ne quis ordinatus de civ. in civ. transferatur M

<sup>2</sup> et sedit. CP; seditionis D; seditionesque M

<sup>3</sup> in civ. in mg. C

**175**

*De eadem re. Ex eodem concilio, cap. 16*

Quicunque temere ac<sup>1</sup> periculose neque timorem Domini pre oculis habentes, nec agnoscentes ecclesiasticam regulam discedunt<sup>2</sup> ab ecclesia commissa presbiteri aut diaconi, vel quicunque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debent in aliam

<sup>1</sup> ac CP; aut DVM

<sup>2</sup> agnoscentes – disc. ss V

ecclesiam recipi, sed omnem necessitatem convenit illis imponi, ut ad suas parochias revertantur. Quod si non ficerint, oportet eos communione privari.  
*BD 2.98]*

## 176

*Ne presbiteri causa legationis per diversa mittantur loca, cura animarum derelicta<sup>1</sup>.  
Ex concilio Arelatensi, cap. 3*

Statutum<sup>2</sup> est ut presbiteri, sicut hactenus factum est, indiscrete per diversa non mittantur loca, nec ab episcopis nec ab aliis prelatis, nec etiam a laicis, ne forte propter eorum absentiam et animarum pericula<sup>3</sup> et ecclesiarum in quibus constituti sunt negligantur officia.

*BD 2.99] IP 3.74*

<sup>1</sup> causa leg. - derel. CPD; per diversa loca legati mittantur, dimissa cura sua [animarum Fr] M

<sup>2</sup> corr. fr. Statum P

<sup>3</sup> fiant add. M, om. CPD

## 177

*Quod presbiteri assidue legere debeant<sup>1</sup>. Ex dictis Augustini*

Presbiteri, oportet vos assiduitatem habere legendi et instantiam orandi, quia vita viri iusti lectione instruitur, oratione ornatur, et assiduitate lectionis munitur homo a peccato, iuxta illum qui dicebat, In corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Hec sunt enim arma videlicet lectio et oratio, quibus diabolus expugnatur<sup>2</sup>. Hec sunt instrumenta quibus eterna beatitudo acquiritur; his armis virtus comprimuntur; his alimentis virtutes nutriuntur. Sed et si quando a lectione cessatur, debet manuum operatio subsequi, quia otiositas inimica est anime. Et antiquus hostis quem a lectione sive ab oratione vacantem invenerit, facile ad vitia rapit. Per usum namque lectionis discetis qualiter et vos vivatis, et alios doceatis. Per usum orationis et vobis, et<sup>3</sup> his quibus in caritate coniuncti estis, prodesse valebitis. Per manum operationem et corporis macerationem, et vitis alimenta negabitis et vestris necessitatibus subvenietis, et habebitis unde necessitatem patientibus porrigatis.

*BD 2.100]*

<sup>1</sup> et orare add. M

<sup>2</sup> in mg. D

<sup>3</sup> vobis et in mg. P

## 178

*Quod<sup>1</sup> presbiteri sine orariis non vadant. Ex concilio Magontiens<sup>2</sup>*

Presbiteri sine intermissione utantur orariis, propter differentiam sacerdotalis dignitatis.

(sub Leone III cap. 28). *BD 2.101]*

<sup>1</sup> Quod CPD; Ut M

<sup>2</sup> -ensi CPM; -iacensi D

**179**

*Ut clericus honesto artificio<sup>1</sup> victimum<sup>2</sup> querat. Ex concilio Africano, cap. 51<sup>3</sup>*  
*Clericus quilibet<sup>4</sup> verbo Dei eruditus, artificio honesto victimum querat.*  
*(conc. Carth. IV, cap. 51). BD 2.102] (Dist. 91, cap. Clericus.)*

<sup>1</sup> artificio CPM; officio D

<sup>2</sup> sibi add. M

<sup>3</sup> cap. 51 CPD; om. M

<sup>4</sup> [quantumlibet] add. M<sup>2</sup>

**180**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex eodem<sup>2</sup>, cap. 3<sup>3</sup>*

*Clericus quilibet verbo Dei eruditus<sup>4</sup> artificio vel agricultura, absque officii sui  
duntaxat detimento, preparet sibi victimum et vestimentum.*  
*BD 2.103 mod.] (Dist. 91, c. Clericus victimum.)*

<sup>1</sup> De ead. re] Ut clericus honesto officio victimum querat H

<sup>2</sup> concilio add. D, om. CPM

<sup>3</sup> 3 CPBD; 52 M

<sup>4</sup> vel add. P; om. CVBDM

**181**

*De presbiteris quid matutinali officio expleto agere debeant. Ex concilio Nannetensi,  
cap. 60*

Presbiter mane, matutinali officio expleto pensum servitutis sue canendo  
primam, tertiam, sextam, nonamque persolvat; ita tamen ut postea horis  
competentibus, et signis designantibus, iusta possibilitatem, aut a se, aut a scholaribus  
publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit ad opus  
rurale exeat iejunus, ut iterum necessitatibus peregrinorum et hospitum, sive  
diversorum commeantium, infirmorum quoque atque defunctorum succurrere possit,  
usque ad statutam horam, pro qualitate temporis et opportunitate.  
*BD 2.104] (Dist. 91, c. Presbyter mane.)*

**182**

*De eadem re. Ex dictis sancti Benedicti*

Propheta dicente, Septies in die laudem dixi tibi, qui septenarius<sup>1</sup> numerus a  
nobis sic implebitur, si matutino, prime, tertie, sexte, none, vespere, completo rique  
tempore nostre servitutis officia persolvamus, quia de his dixit Propheta, Septies in  
die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait, Media nocte  
surgebam ad confitendum tibi<sup>2</sup>. Ergo his temporibus referamus laudes Creatori nostro  
super iudicia iustitie sue.  
*(Regule sue cap. 16) BD 2.105].*

<sup>1</sup> sacratus add. C<sup>2</sup> RM, om. CPD

<sup>2</sup> (ibidem) add. M<sup>2</sup>

**183**

*Quod magnum periculum<sup>1</sup> sit aliquem fieri iudicem vite alienae<sup>2</sup> qui nescit suam temperare<sup>3</sup>. Ex dictis Augustini*

Admonendi sunt presbiteri ut perpendant quia quicquid a fidelibus datur, redemptio peccatorum est. Et ideo non glorientur talibus sumptibus uti, sed magis timeant quod in Veteri Testamento de sacerdotibus dictum est, Iniquitatem populi eos debere portare. Et ideo cum magno timore super eos solliciti sint, quorum donis<sup>4</sup> participantur, quia magnum periculum est iudicem fieri vite alienae, qui nescit tenere moderamina vite sue.

*BD 2.106]*

<sup>1</sup> mag. per. RPVBD; per. mag. C

<sup>2</sup> iud. vite alienae CBD; vite alienae (*corr. fr. alie*) iud. P

<sup>3</sup> Quod - temperare CPBD; Ut presbyteri super eos solliciti sint quorum bonis participantur M

<sup>4</sup> donis CPBD; bonis [donis] M

**184**

*Ut presbiteri iuxta ecclesiam hospitentur. Ex concilio Meldensi, cap. 5*

Ut presbiteri nullatenus ubique<sup>1</sup> hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi presumant, sed assidue omnes apud ecclesias suas esse studeant, propter sacra misteria vel ministeria fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcumque habitationem<sup>2</sup> habeant in locis, in quibus presbiteri aliquem recursum habuerint. Quod si observare parvipenderint ita ut transgressores, et qui contra interdicta fecerint, iudicentur.

*(cap. 36). BD 2.107]*

<sup>1</sup> ubique CPDM; ubicunque Fr

<sup>2</sup> [al. frequentationem] add. Fr

**185**

*De presbitero<sup>1</sup> si uxorem acceperit<sup>2</sup> deponatur. Ex concilio Neocesariensi, cap. I<sup>3</sup>*

Presbiter si uxorem acceperit ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium<sup>4</sup> perpetraverit, amplius pelli debet, et ad penitentiam redigi. Simili modo etiam diaconus, si eodem<sup>5</sup> peccato succubuerit, ab ordine ministerii subtrahatur.

*BD 2.108] cf IP 3.91 (Dist. 28, cap. Presbyter si uxorem, cap. 10.)*

<sup>1</sup> De presb. CPD; Ut presbyter M

<sup>2</sup> acc. CPD; duxerit M

<sup>3</sup> cap. 1 over erasure C

<sup>4</sup> ad- ss C

<sup>5</sup> eodem PVBD; eidem C<sup>2</sup>RM; ? C

**186**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Niceno, cap. 3*

Interdixit per omnia magna sinodus<sup>2</sup> non episcopo, non presbitero, non diacono, vel<sup>3</sup> alicui omnino qui in clero est licere subintroductam habere mulierem,

<sup>1</sup> De ead. re CRPBDM; om. H

<sup>2</sup> mag. sin. CPHM; sin. mag. D

<sup>3</sup> vel CPDM; nec Fr

nisi forte matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas que suspiciones effugiunt.

*BD 2.109] cf IP 3.112 (Dist. 32, c. Interdixit per omnia.)*

### 187

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex decretis Siricij pape, cap. 12*

Feminas vero non alias esse patimur<sup>2</sup> in domibus clericorum, nisi eas tantum quas propter solas necessitudinis causas habitare cum iisdem sinodus Nicena permisit. (epist. I). *BD 2.110] (Dist. 18, c. Feminas.)*

---

<sup>1</sup> eadem re CPD; eodem M

<sup>2</sup> esse pat. CPM; pat. esse D

### 188

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex decretis Siricij pape, cap. 5<sup>2</sup>*

Statutum est ab episcopis de presbiteris, qui feminas secum indiscrete habitare permittunt, et propter hoc male opinionis suspicione denotantur; ut si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sanctorum canonum, canonica invective feriantur.

[cap. 3]. *BD 2.111]*

---

<sup>1</sup> De eadem re CPHD; Item de eodem M

<sup>2</sup> 5 CPDH; 2 M

### 189

*Item de eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Agathensi, cap. 3<sup>2</sup>*

Id etiam ad custodiendam vitam et famam<sup>3</sup> speciali ordinatione precipimus, ut nullus clericorum extranea sit mulieri qualibet consolatione<sup>4</sup>, aut familiaritate coniunctus; et non solum in domum illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantum, et sorore, et nepte, si habuerit, aut voluerit, liberam habeat vivendi potestatem, de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

[cap. 10]. *BD 2.112]*

---

<sup>1</sup> Item de eadem re CPD; Cum quibus mulieribus presbytero habitare liceat M

<sup>2</sup> 3 CPD; 4 M

<sup>3</sup> et famam CP; nostra D; et famam nostra M

<sup>4</sup> [al. collatione] add. Fr

### 190

*Ut ancille a cellario presbiterorum<sup>1</sup> removeantur. Ex concilio Remensi, cap. 4*

Ancillas vel libertas a cellario, vel a secreto ministerio, et ab eadem mansione in qua clericus manet, placuit removeri.

(Agathens. I). *BD 2.113]*

---

<sup>1</sup> presb. CPD; fratrum M

**191**

*De eodem<sup>1</sup>. Ex concilio Turonico, cap. 6*

Et quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc precipue custodiendum decernimus, ut nulli clericorum cum extraneis feminis habeant familiaritatem, nec ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant, quia frequenter per hanc indecentem occasionem contingit ut diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero clericus post interdictum episcopi sui his inherere presumpserit<sup>2</sup>, a communione habeatur alienus<sup>3</sup>.

(con. Turo. I, c. 3).BD 2.115]

<sup>1</sup> De eodem CPD; Ut nullus clericorum cum extraneis feminis habeat familiaritatem M

<sup>2</sup> [illicitis familiaritatibus extranearum feminarum] add. Fr

<sup>3</sup> a comm. hab. al. PBDM; al. a comm. hab. C

**192**

*De eadem re. Ex concilio Nannetensi, cap. 10*

Inhibendum<sup>1</sup>, et modis omnibus interminandum<sup>2</sup> est ut nullus sacerdos eas personas feminarum (sicut et in canone insertum continetur) de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat; sed neque illas, quas canones concedunt, matrem, amitam, sororem, quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio presbiteri, habeat in vico aut in villa domum longe a presbiteri conversatione, et ibi eis subministret que necessaria sunt. Sed hoc secundum auctoritatem canonum modis omnibus prohibendum ut nulla femina ad altare presumat accedere, aut presbitero ministrare, aut infra cancellos stare aut sedere.

[cap. 3].BD 2.116]

<sup>1</sup> corr. fr. Inib- D

<sup>2</sup> -imandum C

**193**

*De incontinentibus<sup>1</sup>. Ex canone<sup>2</sup> apostolorum, cap. 22*

De presbiteris et diaconibus divinarum legum est disciplina, ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priventur, et ad tale ministerium non recipiantur quod sola continentia oportet impleri.

BD 2.117]

<sup>1</sup> clericis add. M

<sup>2</sup> -one CPD; -onibus M

**194**

*De ordinatis si capti fuerint in fornicatione , periurio aut furto. Ex eodem<sup>1</sup>*

Preterea quod dignum et pudicum, et honestum est tenere<sup>2</sup> ecclesia omnino debet, ut sacerdotes et levite cum mulieribus non cocant, quia ministerii cotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester.

<sup>1</sup> De ord. - furto. Ex eodem CPD; De eadem re. Ex eisdem. M

<sup>2</sup> tenere CVBDM; temere P

*BD 2.118]***194A (PV)***De ordinatis si usuras exercuerint. Ieronimus in epistola ad Epitalamium*

Quos in ecclesiastico ordine videris usurarios, adulteros, concubinarios et ad cumulandam Mammone pecuniam semper intentos, velut hereticos devita. Si presbiter est, corpus et sanguinem Domini illum tractando non audieris, sed etiam tractare non permiseris.

**194B (PV)***De eadem re*

Non potestis, inquit Deus veritas, Deo servire et Mammone. Cui ergo servit qui Mammone servit? Vis audire cui? Idolorum culture. Audi apostolum, Avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Qui ergo propter suam aviditatem perdit regnum Dei, et efficitur idolatra potest dici Christicola? Non colit Christum, non sacrat corpus suum nec Christus per ipsum. Quid ergo? Iudicium et suam condemnationem tractat, non solum dico sibi sed et tibi, si sibi consentiens extiteris.

**195***De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Nannetensi*

Episcopus, presbiter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut desinat, aut certe dampnetur.

(*Apost. can. 43*) (*cap. 195*). *BD 2.119] cf 13.15 below (dist. 47, c. Episcopus.)*

<sup>1</sup> De eadem re CPB; De ordinatis si usuras exercuerint D; De clericis usuram exigentibus M

**196***De eodem<sup>1</sup>. Ex concilio Niceno, cap. 17*

Quoniam multi sub regula constituti avaritiam et turpia lucra sectantur, oblitique divine scripture dicentis, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, mutuum dantes centesimas exigunt, iuste censuit sancta et magna sinodus, ut si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipiens, aut adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiola, id est, sexcupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero, et alienus existat a regula. (*cap. 17*) *BD 2.120] (Dist. 47, c. Quoniam multi.)*

<sup>1</sup> eodem CPD; eadem re M

**197***<sup>1</sup>Ex concilio Tarragonensi, cap. 3<sup>2</sup>*

Quicumque esse voluerit<sup>3</sup> in clero, emendi vilius vel<sup>4</sup> venundandi carius studio non utatur.<sup>5</sup>

<sup>1</sup> Item de eadem re. *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> 3 CPBD; 2 HM

<sup>3</sup> esse vol. CPHM; vol. esse D

(*sub Hormisda*). BD 2.122] (14, q. 4, c. Canonum.)

<sup>4</sup> vel CPBH; et DM

<sup>5</sup> Quod certe si voluerit exercere, cohibeatur a clero. *add. Fr, om. CPDHM BD*

### 197A (PVB)

*Item de usurariis. Ex epistola Leonis pape, cap. 3*

Nec hoc quoque pretereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos usurariam exercere pecuniam et fenore velle ditescere. Quod non dicam in eos, id est in clericali officio constitutos sed in laicos cadere qui Christianos se dici cupiunt condolemus.

BD 2.123]

### 198

*Quid sit usura<sup>1</sup>. Ex concilio Cartaginensi, cap. 16<sup>2</sup>*

Item placuit, ut clericus si commodaverit<sup>3</sup> pecuniam, pecuniam accipiat; si speciem, eamdem speciem, quantum dederit accipiat.  
(can. 3, c. 16). BD 2.124] (14 q. 4, c. Nullus.)

<sup>1</sup> Quid sit usura PBD; De eadem re CRH; Item de eodem M

<sup>2</sup> Cartag. cap. 16 PBD; Agatensi, cap. 1 CRHM (*cf* 6.200 below)

<sup>3</sup> *commod-* CPHM; *commend-* D

### 199

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi<sup>2</sup>, cap. 36<sup>3</sup>*

Ut presbiteri a turpibus lucris et usuris non solum ipsi abstineant, verum etiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

BD 2.125]

<sup>1</sup> De eadem re CPBD; Ut presbyteri plebes sibi commissas ab usuris abstinere doceant M

<sup>2</sup> [Arelatensi] *add.* M

<sup>3</sup> 36 CPM; 26 D

### 1200

*Quid sit usura<sup>2</sup>. Ex concilio Agatensi, cap. 1<sup>3</sup>*

Usura est ubi amplius<sup>4</sup> requiritur<sup>5</sup> quam datur. Verbi gratia, si dederis solidos decem, et amplius requisieris, vel dederis frumenti modium unum, et super aliquid exegeris.

(conc. Agat. cap. 16). BD 2.126] IP 3.161 (14, q. 3, c. Usura est.)

<sup>1</sup> before c 198 in B

<sup>2</sup> Quid sit usura CRM; De eadem re PVBD

<sup>3</sup> Agatensi cap. 1 PVBD with BD; Cartaginensi cap. 16 CRH; Cart. cap. 13 M (*cf* 6.198 above)

<sup>4</sup> amplius CRPBHD; plus M

<sup>5</sup> requiritur CPM; exigitur D

**201**

*De eadem re. Ex decreto<sup>1</sup> Iulii pape usurariis messis<sup>2</sup>, cap. 131*

Quicumque enim<sup>3</sup> tempore messis vel vindemie, non necessitate, sed propter cupiditatem, comparat annonam vel vinum, verbi gratia, de duobus<sup>4</sup> denariis comparat modium unum<sup>5</sup>, et servat usque dum venundetur denariis quatuor aut sex, aut amplius<sup>6</sup>, hoc turpe lucrum dicimus.

*Bd 2.127] IP 3.162 (14, q. 4, c. Quicunque.)*

<sup>1</sup> -eto CP; -etis DM

<sup>2</sup> us. messis CP; *om.* D; us. missis HM

<sup>3</sup> enim CPBDM; *om.* H

<sup>4</sup> -bus ss P

<sup>5</sup> verbi gratia - unum CPM; *om.* D

<sup>6</sup> aut amplius CPM; *om.* D

**202**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex decretis Leonis pape*

Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit, quia est honestus questus et turpis. Verumtamen penitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negationis astringi, quia difficile est, inter ementis vendentisque commercium, non intervenire peccatum.

*(Leo I, epist. 90, ad Rusticum episc.). BD 2.128 var, and cf BD 19.95] (De cons. dist. 45, c. Qualitas.)*

<sup>1</sup> De eadem re CPDH; Quod qualitas lucri, negotiantem aut excusat, aut arguit M

**203**

*Ut nullus ex ecclesiastico ordine edendi vel bibendi causa<sup>1</sup> tabernas ingrediatur. Ex dictis Augustini<sup>2</sup>*

Canonum statuta prohibent ut nullus ecclesiastici ordinis, sumendi cibi aut potus causa, nisi peregrinationis necessitate compulsus, tabernas ingredi habeat<sup>3</sup>. Sed si aliquis hec interdicta violaverit, ut sanctorum canonum contemptor, acerrimis corripiatur disciplinis.

*BD 2.129]*

<sup>1</sup> ex eccl. - causa CPD; ecclesiastici ordinis M

<sup>2</sup> dictis Aug. CPM; conc. Cartag' cap. 22 D

<sup>3</sup> ingredi habeat CP; ingredi licentiam habeat D; ingrediatur [ingredi habeat] M

**204**

*Ut nullus ex sacro ordine cibi vel potus<sup>1</sup> causa tabernas ingrediatur<sup>2</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 25<sup>3</sup>*

Ut clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

*(conc. Cart. III, cap 27). BD 2.130] (Dist. 44, c. Clerici edendi.)*

<sup>1</sup> cibi vel potus CRPBD; edendi vel bibendi H

<sup>2</sup> Ut nullus - ingrediatur CPD; De eadem re M

<sup>3</sup> 25 CPHM; 22 D

**205**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Laodicensi, cap. 24*

Quod non oporteat sacro ministerio deditos a presbiteris usque ad diaconos, et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas ostiarios et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas.  
*BD 2.131] (Dist. 44, c. Non oportet.)*

<sup>1</sup> De ead. re CPD; Item de eodem M

**206**

*Ut illi quibus uxores ducendi licitum aliorum non est<sup>1</sup>, nuptias devitent. Ex epistola Leonis pape, cap. 10<sup>2</sup>*

Quibus licentia uxores ducendi non est alienarum nuptiarum evitent convivia.  
*BD 2.132]*

<sup>1</sup> illi quibus ux. licitum al. non est P; illi quibus ux. lic. non est al. V; illi quibus ux. al. non est C; licitum non est al. BD; illi quibus uxores ducere licitum non est H; illi quibus licentia nubendi non est M

<sup>2</sup> cap. 10 CPD; om. M

**207**

*Quod non oporteat in bigami nuptiis orare presbiterum<sup>1</sup>. Ex concilio Neocesariensi, cap. 7<sup>2</sup>*

Presbiterum in nuptiis bigami prandere non convenit, quia cum penitentia bigamus egeat, quis erit presbiter, qui propter convivium, talibus nuptiis possit prebere<sup>3</sup> consensum?

*BD 2.133] (13, q., c. De his qui.)*

<sup>1</sup> Quod - presb. CPDH; Ut presbyter bigami nuptiis non intersit M

<sup>2</sup> corr. fr. 8 C

<sup>3</sup> possit preb. CPHM; preb. poss. D

**208**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex dictis Augustini*

Presbiteri et<sup>2</sup> diaconi, vel<sup>3</sup> deinceps quibus ducendi uxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia, neque his cetibus admisceantur ubi amatoria cantantur, et turpia carmina, aut obsceni motus corporum choris<sup>4</sup> et saltationibus efferuntur, ne auditus et obtutus sacris misteriis<sup>5</sup> deputati, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

(conc. Veneti. I, c. 11, et Agat, c. 39.).*BD 2.134] (Dist. 34, c. Presbyteri.)*

<sup>1</sup> De eadem re CPD; Ut presbyteri, et diaconi, et reliqui clerici nuptiarum evitent convivia M

<sup>2</sup> et CPDM; om. Fr

<sup>3</sup> (subdiaconi, orig.) add. Fr

<sup>4</sup> [al. choreis] add. Fr, though there is an obelus with no text keyed to it here M

<sup>5</sup> [al. ministeriis] add. Fr, though there is an obelus with no text keyed to it here M

**209**

*De eadem re. Ex decretis<sup>1</sup> Martini pape, cap. I<sup>2</sup>*

Non liceat sacerdotibus vel<sup>3</sup> clericis aliqua spectacula in nuptiis vel conviviis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere et redire<sup>4</sup> inde.  
(Bracar. cap. 60). BD 2.135]

<sup>1</sup> -etis CM; -eto P; decr' V; D?

<sup>2</sup> cap 1 CRPBDM; om. H

<sup>3</sup> vel CPHM; aut D

<sup>4</sup> [al. recedere] add. Fr

**210**

*Ut nullus clericus in alia<sup>1</sup> civitate suscipiatur sine commendatitiis litteris<sup>2</sup>. Ex canone apostolorum<sup>3</sup>.*

Ut si quis clericus vel<sup>4</sup> laicus ad alteram<sup>5</sup> properat civitatem, et suscipitur preter commendatitias epistolas<sup>6</sup>, et qui suscepit, et qui susceptus est communione privetur.

BD 2.136] IP 3.65

<sup>1</sup> alia CPDH; aliena M

<sup>2</sup> comm. lit. PM; lit. comm. C; comm. epistolis VDH

<sup>3</sup> can. ap. CPH; canonibus apostolorum, cap. 13 M

<sup>4</sup> vel CPHM; aut D

<sup>5</sup> alteram CPHM; aliam D

<sup>6</sup> epist. CPDH; litteras M

**211<sup>1</sup>**

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno, cap. 7*

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitiis suscipiatur epistolis.  
(Ant. I, sub Julio).BD 2.137] (Dist. 71, c. Nullum absque.)

<sup>1</sup> after 212 D

**212**

*De clericis fugitivis ne ab aliis recipiantur<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 8*

In concilio Antiocheno, similiter et in Chalcedonensi precipitur ut fugitivi clericci et peregrini a nullo recipientur<sup>2</sup> nec ordinentur, nisi cum commendatitiis<sup>3</sup> litteris et sui episcopi vel abbatis licentia.

BD 2.138] IP 3.66

<sup>1</sup> De cler. - recip. (suscipiantur D) CPD; Item de eodem M

<sup>2</sup> rec- CPD; susc- M

<sup>3</sup> -ti- ss D

**213**

*Ut clerici in<sup>1</sup> aliena<sup>2</sup> civitate non maneant, nisi episcopus eorum previderit<sup>3</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 35<sup>4</sup>*

Ut clerici in alia<sup>5</sup> civitate non immorentur<sup>6</sup>, nisi causas eorum iustas episcopus loci, vel presbiteri locorum pviderint<sup>7</sup>.

(Car. 3, c. 37).BD 2.140]

<sup>1</sup> ss P; after aliena V

<sup>2</sup> aliena PBDM; alia CH

<sup>3</sup> episc. - prev. CPDH; causas eorum episcopus cognoverit M

<sup>4</sup> 35 CBDM; 25 PH

<sup>5</sup> alia CPBH; aliena DM

<sup>6</sup> immor- CPM; mor- D

<sup>7</sup> perv- CBDM; prev- PV; prov- H

**214**

*De clericis et<sup>1</sup> monachis qui sine litteris sui episcopi<sup>2</sup> vagantur<sup>3</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 36*

Clericis vel monachis sine commendatitiis litteris<sup>4</sup> licentia non pateat evagandi.

(conc. Vene. I, cap. 5) BD 2.141] IP 3.67

<sup>1</sup> et CPH; vel D

<sup>2</sup> sui ep. CPH; ep. sui D

<sup>3</sup> De cler. - episc. vagantur CPBD; Ne clerici vel monachi sine commendatitiis litteris vagentur M

<sup>4</sup> comm. lit. CPBH; comm. epistolis D; lit. comm. M

**214A (D)**

*De eadem re*

Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui non pateat licentia evagandi.

**215**

*Ex concilio Neocesariensi, cap. 7<sup>2</sup>*

Clericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui, licentia non pateat evagandi. In monachis quoque presentis sententie forma servetur  
(co. Agath. cap. 38) BD 2.142]

<sup>1</sup> De eadem re add. as rubr. DM

<sup>2</sup> 7 CPM; 6 D

**216**

*Ut pauperibus et indigentibus auxilio cum profiscuntur cum pacificis<sup>1</sup> litteris subveniatur. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 11*

Omnis pauperes et indigentes auxilio, cum profiscuntur, sub probatione epistolis vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendari decrevimus, et non commendatitiis litteris, propter quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodo prestari personis conveniat.

(actione 15).BD 2.143]

<sup>1</sup> et indig. - pacificis CPDH; exsulantibus pacificis tantum M

**217**

*Ut clerici illi qui in alias provincias suos sequuntur seniores sine formata ministrare non permittantur<sup>1</sup>. Ex concilio Meldensi, cap. 2*

Quicumque<sup>2</sup> senioribus suis de aliis provinciis in aliam provinciam<sup>3</sup> veniunt, sine formata ministrare non permittantur; quam et si attulerint, et ministrare idonei inventi fuerint, instruantur quam religiose atque studiose sacrum ministerium peragant, et in quibus locis illud agere debeant<sup>4</sup>.

(sub Sergio II, cap. 51). BD 2.144]

<sup>1</sup> Ut clerici - permittantur CPBDH; Quando clerici formatis litteris uti debeant M

<sup>2</sup> Quicumque CRPBD; Qui cum H; Quicumque cum R<sup>2</sup>M

<sup>3</sup> [ad nostras parochias orig.] add. Fr

<sup>4</sup> [non deb., orig] add. Fr

**218**

*Item ex eodem<sup>1</sup>. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 3*

Pervenit ad sanctam sinodum quod quidam qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, et secularia negotia sub cura sua suscipient, Dei quidem ministerium parvipendentes, secularium vero discurrentes domos, et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem sumentes. Decretum itaque est nec clericum, nec monachum aut possessiones conducere, aut negotiis secularibus se miscere, preter ecclesiasticarum rerum sollicitudinem.

(actione 15).BD 2.145] (Dist. 86, c. Pervenit.)

<sup>1</sup> Item ex eod. CP; om. D; Item de eod. H; Ne clerici vel monachi possessiones conducant, aut negotiis saecularibus se miscent M

**219**

*Ut nullus laicus presbiterum villicatione implicari<sup>1</sup> presumat. Ex concilio Meldensi cap. 6*

Item iubendum est ut nemo laicorum presbiteros ecclesiarum suarum turpi villicationi, et, secundum apostolum, seculari et inhonesta negotiatione implicare, nec secum aliorum contra auctoritatem presumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta presumpserit, excommunicetur.

(cap. 50).BD 2.146]

<sup>1</sup> -ari CPBD; -are HM

**220**

*De illis presbiteris<sup>1</sup> qui contra statuta canonum villici fiunt. Ex eodem concilio, cap. 15*

Similiter de illis presbiteris qui contra statuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, et diversissimis modis usuris inserviunt, et aliorum domos inhoneste et impudice frequentant, et comessationibus et ebrietatis deservire non erubescunt, et per diversos mercatus indiscrete discurrunt, observandum iudicavimus ut abhinc districte severiterque coercentur, ne per eorum illicitam et

<sup>1</sup> corr. fr. clericis D

indecentem actionem, et ministerium sacerdotale vituperetur, et quibus debuerant esse in exemplum deveniant in scandalum<sup>2</sup>.

(capitulor. l. V, c. 173).BD 2.147]

<sup>2</sup> [opprobrium orig.] add. Fr

## 221

*Item de eodem<sup>1</sup>. Ex epistola Leonis pape, cap. 34<sup>2</sup>*

Nam, cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium<sup>3</sup>, ad exhibendam tamen perfecte continentie puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, ut<sup>4</sup> qui habent sint tanquam non habentes, et qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo vel<sup>5</sup> secundo et<sup>6</sup> tertio servandum est<sup>7</sup>, ne aut levitico<sup>8</sup> aut presbiterali honore aut episcopali<sup>9</sup> excellentia<sup>10</sup> quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptate uxoria necedum frenasse detegitur.

(Leo I epist. 84, cap. 4).BD 2.148]

<sup>1</sup> Item de eodem CPD; Quod nec subdiaconis connubium carnale concedatur M

<sup>2</sup> 34 CPM; 37 D

<sup>3</sup> [arbitr. non est in originali] add. Fr

<sup>4</sup> et add. Fr, om. CPDM

<sup>5</sup> vel CP; et D; aut M

<sup>6</sup> et CP; vel DM

<sup>7</sup> est CPM; om. D?

<sup>8</sup> [levitico ministerio] add. M

<sup>9</sup> -pali CPM; -pi D

<sup>10</sup> -tia CPDM; -tie Fr

## 222

*De principibus qui solent illorum sacerdotes facere ministeriales<sup>1</sup>. Ex concilio Toletano V<sup>2</sup>, cap. 30*

Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios, sacerdotibus negotia sua committunt, et quia<sup>3</sup> sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam perdat proprium gradum.

(conc. Tol. IV, cap. 30).BD 2.149] (23, q. 8, c. Sepe principes.)

<sup>1</sup> fac. min. CP; min. fac. M

<sup>2</sup> V CRPBDM; om. H

<sup>3</sup> [quia vero] add. M

## 223

*De illis qui Deo servire disponunt ut ad ministratōnem domorum non accedant<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 7.*

Nicasius Evastitanus<sup>2</sup> episcopus dixit, Credo placere suggestionem meam sanctitati vestre, et displicere vobis ut qui serviunt Deo, et annxi sunt clero, accedant ad actus et administrationem vel procurationem domorum.<sup>3</sup>

*BD 2.150 beginning Nicasius ep. Culusitanus; cf Landau 1984, 28 and below 6.268]*

<sup>1</sup> De illis - non accedant CPD; De eo qui auribus principis suggestionem attulerit sine consensu episcopi. M

<sup>2</sup> Evastitanus CPD; Evaristianus B; Evaristanus M

<sup>3</sup> Credo placere suggestionem - domorum CPBD; Credo placere suggestorem abiici oportere, non solum a communione, verum et ab honore cuius particeps videtur existere, qui venerandi principis auribus molestiam tentaverit inferre, contra leges ecclesiae. Si igitur contra principem necessaria causa depositit, hoc agatur cum tractatu et consilio metropolitani, et caeterorum episcoporum qui in eadem provincia commorantur; qui etiam proficiscentem suis sequantur epistolis. M [in codice regio variat ordo sed nos a Coloniensi non recessimus] add. M<sup>2</sup>; Credo placere suggestorem - epistolis. (Alier omnino habetur hoc caput in originali concilii Carthag. I, cap. 6; in ms. Victor. et apud Gratianum 21, q. 3, c. Credo, sic autem ibi:) Nicasius episcopus Culusitanus dixit, Credo placere suggestionem meam - domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt, qui dicunt, Nemo militans Deo, ingerit [implicat] se negotiis saecularibus, proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum universi dixerunt: Hoc observamus Fr (cf Ctp 2.15.2)

242<sup>1</sup>

*Item. Si liceat aliquem ex clero conductorem privatorum fieri<sup>2</sup>. Ex eodem concilio<sup>3</sup> cap. 14*

Item placuit ut episcopi, presbiteri et<sup>4</sup> diaconi, vel clerici non sint conductores aut procuratores privatorum, neque ullo turpi et in honesto negotio victimum querant, quia respicere debent scriptum esse, Nemo, militans Deo, implicant se negotiis secularibus.

*(Carth. III, c. 15). BD 2.151] (2, q. 3, c. Placuit ut.)*

<sup>1</sup> CRPVBD all have sequence 6.242-68, 224-41, 269 - end, against M

<sup>2</sup> Item. Si lic. - fieri. CPD; Ut nullus ex clero conductor privatorum fiat [ex Conc. Cartha. I] M

<sup>3</sup> eod. conc. CPD; eod. BM; conc. Karthag. H

<sup>4</sup> et PVBD; om. CM

## 243

*Ut si quilibet ordinatus infra muros civitatis manens et ad sacrificium cotidianum non venerit<sup>1</sup>, clericus non habeatur<sup>2</sup>. Ex concilio Toletano<sup>3</sup>, cap. 5.*

Presbiter vel<sup>4</sup> diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet ecclesie deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo ecclesia est, aut in castello, aut in vico, vel in villa, si ad ecclesiam ad sacrificium cotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus non emendaverit.

*BD 2.152]*

<sup>1</sup> venerit CPH; invenitur D

<sup>2</sup> Ut si - habeatur CPDH; Ut clericus non habeatur qui intra civitatem manens ad quotidianum sacrificium non venerit M

<sup>3</sup> I add. M

<sup>4</sup> vel CPDLH; om. M

## 244

*De eadem re. Ex concilio Venetico, cap. 1<sup>1</sup>*

Clericus qui intra muros civitatis manet, et ea die<sup>2</sup> matutinis himnis sine eruditidine defuerit, septem dies a communione habeatur extraneus<sup>3</sup>.  
(Venet. I, c. 14). BD 2.153]

<sup>1</sup> 1 CPBDH; 5 M

<sup>2</sup> ea die CPBDH; qua die [et ea die] M

<sup>3</sup> quia ministrum sacerorum eo tempore quo non potest ab officio suo ulla honesti necessitas occupare, fas non est a salubri cessare add. Fr; om. CPBDHM

Martin Brett 10/10/2006 06:30

**Deleted:** crudiunt

## 245

*Quod omnes sacerdotes Domini oporteat doceri<sup>1</sup>, ut ceteros instruant, et sibi proficiant. Ex epistola Anacleti pape cunctis fidelibus missa. cap. 10*

Doceri ergo omnes<sup>2</sup> oportet qui Domini sacerdotio funguntur, et ut ceteros instruant, et sibi proficiant. Scriptum enim est, Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti; et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates; et alibi, Populus autem sciens Dominum suum obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt multos. Ipsa enim Veritas per se infert, et dicit, Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Ille procul dubio scandalizatus est in Deum, qui recte<sup>3</sup> non docet, et qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem.  
(ep. 2, c. 1).BD 2.154]

<sup>1</sup> Dom. op. doc. CPD; doc. op. M

<sup>2</sup> omnes CPM; om. D

<sup>3</sup> recte CPD; recta [recte] M

## 246

*Ut singuli<sup>1</sup> presbiteri singulis annis episcopo suo<sup>2</sup> de ministerio suo rationem reddant. Ex concilio Magontiensi<sup>3</sup> a Riculfo<sup>4</sup> eiusdem sedis archiepiscopo habito<sup>5</sup>, cap. 2<sup>6</sup>*

Unusquisque presbiter per singulos annos episcopo suo rationem ministerii sui reddat, tam de fide catholica, quam de baptismo atque omni ordine ministerii sui.  
BD 2.155]

<sup>1</sup> singuli CPBDH; om. M

<sup>2</sup> suo CPDH; om. M

<sup>3</sup> -iensi CPHM; -iacensi D

<sup>4</sup> Riculfo CRD; Richolfo PV; ...olfo B; Arnulfo H; Richelpho [Riculfo] M

<sup>5</sup> habito CPBDM; om. RH

<sup>6</sup> 2 CP?BHD; 10 M

## 247

*Ut omnis presbiter sibi subditos fidem discere constringat. Ex concilio Gangreni cap. 5*

Simbolum, quod est signaculum fidei, et orationem dominicam discere semper admoneant sacerdotes populum Christianum, volumusque ut disciplinam condignam habeant, qui hec discere negligunt, sive in ieunio, sive in alia castigatione. Propterea dignum est, ut filios suos ducant ad scholam, sive ad monasterium, sive foras

presbiteris, ut fidem catholicam recte discant, et orationem dominicam, ut domi alios edocere valeant. Qui vero aliter non potuerint, vel in sua lingua hoc<sup>1</sup> discant.  
(*Mogontiac. con. I, ca. 45*). BD 2.156]

<sup>1</sup> sua ling. hoc CP; sua ling. D; ling. sua hoc M

## 248

*Qualem professionem presbiteros aut diaconos suo episcopo oporteat facere quando per parochias constituuntur<sup>1</sup>. Ex concilio Toletano quinto<sup>2</sup>, cap. 27*

Quando presbiteri aut diaconi per<sup>3</sup> parochias constituuntur, oportet eos professionem episcopo suo facere ut caste et pure<sup>4</sup> vivant sub Dei timore ut, dum eos talis professio alligat, vite sancte disciplinam teneant<sup>5</sup>.

(*Conc. Tole. IV, c. 26*) BD 2.157, cf 3.130 above, 6.225A below IP 3.22 (Dist. 28 c. Quando presbyt.)

<sup>1</sup> suo ep. oporteat facere -constituentur CPD; ep. suo fac. op. M

<sup>2</sup> quinto CPD; om. M

<sup>3</sup> ss P

<sup>4</sup> pure CPD; pie M

<sup>5</sup> teneant CPM; habeant D

## 249

*De monachis et laicis qui in loqueli suis gloriantur quod predicare non audeant<sup>1</sup>. Ex epistola Leonis pape*

De his vero<sup>2</sup> que in sepe dicto concilio illicita contra venerandos Nicenos canones presumptione tentata sunt, ad fratrem et coepiscopum nostrum Antiochene sedis presulem scripsimus, adientes et illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis<sup>3</sup> vestre verbo mandatis per vicarios nostros, et hoc specialiter statuentes, ut preter Domini sacerdotes nullus audeat predicare, seu monachus, sive ille sit laicus, qui cuiuslibet scientie nomine gloriatur.<sup>4</sup>

(*epist. 63 ad Theodoreum*). BD 2.158J (6, q. 1, c. adiicimus)

<sup>1</sup> De mon. et laicis (laic. et mon. P) - audeant CPBD; Ne monachi vel laici qualicunque scientia instructi praedicare audeant M

<sup>2</sup> vero CVBDHM; om. P

<sup>3</sup> regionis CP<sup>2</sup>V<sup>2</sup>BHM; religionis PVD; [al. religionis] add. Fr

<sup>4</sup> whole canon apparently rewritten P

## 250

*Ut parochiarii clerici<sup>1</sup> ab episcopis suis canones discant. Ex concilio Aurelianensi, cap. 6*

Ut parochiani clerci a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipient, ne rei ipsi<sup>2</sup> vel populi que pro salute eorum decreta sunt, excusent se postmodum ignorasse.

(*conc. Aurel. IV, c. 6.*) BD 2.159J

<sup>1</sup> parochiarii cler. CBH; cler. parochiarii. PV; parochiani cler. D; cler. M

<sup>2</sup> rei ipsi CPBDH; vel ipsi [ne rei ipsi, etc.] M

**1251**

*Quod nulli sacerdotum canones liceat<sup>2</sup> ignorare. Ex epistola Celestini pape, cap. 20*

Celestinus universis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti suos liceat<sup>3</sup> canones ignorare, nec quidquam facere, quod patrum possit regulis obviare. Que enim a nobis res digne servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?

(*Celest. I, ep. 3, l).BD 2.160] (Dist. 38, cap. Nulli sacerdotum.)*

<sup>1</sup> H has rubrics and inscr. of cc 251-2 as here, but reverses the texts beneath them

<sup>2</sup> can. lic CPDH; lic. can. M

<sup>3</sup> suos lic. CPBDH; lic. suos M

**1252**

*De presbiteris parochialibus cum convenerint<sup>2</sup> ut se inebriare non audeant<sup>3</sup>. Ex concilio Nannetensi, cap. 10<sup>4</sup>*

Ut nullus presbiterorum quando ad anniversarium diem XXX. aut VII. vel III. alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbiteri convenerint, se inebriare nullatenus presumat, nec precatus in amore sanctorum, vel ipsius anime, bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus et risus inconditos et fabulas inanes ibi referre aut cantare presumat, vel turpia ioca, vel urso, vel tornatricibus ante se facere permittat<sup>5</sup>. Nec larvas demonum ante se ferri consentiat, quia hoc diabolicum est, et a sacris canonibus prohibitum.

(*BD 2.161] Ctp 3.10.6 (Dist. 44, cap. Nullus presbyterorum.)*)

<sup>1</sup> H has rubrics and inscr. of cc 251-2 as here, but reverses the texts beneath them

<sup>2</sup> con- ss C

<sup>3</sup> De presb. - audeant CPDH; Ut presbyteri, quando ad collectam veniunt, minime se inebriare praesumant M

<sup>4</sup> cap. 10 CPHM; om. D

<sup>5</sup> [fieri patiatur] add. M

**253**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex eodem<sup>2</sup>, cap. 11*

Quando autem convenerint presbiteri ad aliquod convivium, prior illorum versum ante mensam incipiat, et cibum benedicat, et tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem prebentes, et per vices cibum et potum benedicant, et aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum himnum dicant, ad exemplum Domini, sicut in cena fecisse legitur; et sic contineant se omnes presbiteri maxime in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

(*BD 2.162] (Dist. 44, cap. Quando veniunt.)*)

<sup>1</sup> De eadem re CPDH; Quam religiose in convivio se presbyteri habere debeant M

<sup>2</sup> concilio add. M

**254**

*De eadem re. Ex<sup>1</sup> eodem, cap. 12*

Summopere etiam quisque<sup>2</sup> presbiter caveat, sicut de statu suo vult gaudere, ut non quacumque occasione patrem suum aut alium quemlibet ad iram et ad rixam,

<sup>1</sup> Ex PBDM; Item de C

quantominus ad pugnam, vel ad cedem aliquo verbo irritet seu provocet, nec provocatus ad hec quisquam prosiliat, quia in talibus comessationibus et potationibus semper se immiscet diabolus.

*BD 2.163]*

---

<sup>2</sup> quisque CPM; quisquam D

## 255

*'De eadem re. Item de<sup>2</sup> eodem, cap. 13*

Quando presbiteri per Kalendas simul convenient post<sup>3</sup> peractum divinum misterium<sup>4</sup> ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, se quas ad prandium ibi ad tabulas resideant, ne per talia in honesta convivia se invicem gravent, quia indecens est et onerosum. Sepe etiam tarde ad ecclesiam redeentes maius dampnum de reprehensione conquerunt, (et<sup>5</sup> de gravedine mutua contrahunt) quam lucrum ibi faciant. Nam de huiusmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconvenienter cenam dominicam manducare conveniebant. Sic et qui ad cenam dominicam, id est ad collationem verbi sub occasione convenient, et ex veritate<sup>6</sup> ventris causa, coniunguntur, reprehensibles coram Deo et hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum caritate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, et singuli singulos bibere faciant, maxime ut ultra tertiam vicem poculum non contingant, et sic ad ecclesias redeant.

*BD 2.164] (Dist. 44, cap. Quando presbyteri.)*

---

<sup>1</sup> Item here DM

<sup>2</sup> de CP; ex DM

<sup>3</sup> lacuna follows C

<sup>4</sup> misterium CP; ministerium DM, [mysterium] add. M

<sup>5</sup> et CPD; quod [et] M

<sup>6</sup> veritate CPD; ingluvietate [veritate] M

## 256

*Nec<sup>1</sup> clerici nec viri religiosi<sup>2</sup> ante horam tertiam ineant convivia<sup>3</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 12*

Non oportet clericos vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando clericos nisi himno dicto ecclesie panem sumere, et post cibum gratias auctori Deo referre.

*BD 2.165]*

---

<sup>1</sup> Nec CPDH; Ne M

<sup>2</sup> viri rel. CPDH; rel. laici M

<sup>3</sup> in. conv. CPDH; conv. in. M

## 257

*De presbiteris ut<sup>1</sup> hospitales sint. Ex concilio Nannetensi, cap. 3*

Ut curam hospitum, maxime pauperum atque debilium, orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbiter, hos quoque ad prandium suum cotidie iuxta possibilitatem convocet, eisque hospitium tribuat.

*BD 2.166]*

---

<sup>1</sup> De presb. ut CPD; Ut presbyteri M

**258**

*De eadem re. Ex eodem<sup>1</sup>, cap. 5*

Ut autem omnis occasio rapine tollatur<sup>2</sup>, volumus ut presbiteri qui bonum exemplum caritatis omnibus ostendere debent, hospitales, existant iuxta dominicum et apostolicum preceptum, ut humanitatem prebeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo angelis hospitio receptis. Et Dominus in die iudicii dicturus est electis, Hospes eram et suscepistis me. Et Iob dicit, Ostium meum semper viatori patuit.

*BD 2.167]*

<sup>1</sup> concilio add. M

<sup>2</sup> occ. rap. toll. CPD; rap. toll. occ. M

**259**

*Ut presbiteri plebes suas ut hospitales sint admoneant<sup>1</sup>. Ex concilio apud Arvernas*

Placuit ut presbiteri suas plebes admoneant, ut ipsi hospitales sint, et nulli iter facienti mansionem denegent. Et ut omnis rapine occasio tollatur, nihil carius vendant transeuntibus nisi quantum<sup>2</sup> in mercato vendere possint. Quod si carius vendere voluerint, ad presbiterum transeuntes hoc referant, et illius iussu cum humanitate eis vendant.

*(adiungitur huic concilio). BD 2.168]*

<sup>1</sup> Ut - admoneant CPDH; De eodem M

<sup>2</sup> quantum CPM, [quanto] add. M; quanto D

**260**

*Ut cibis sacerdotum semper lectio divina<sup>1</sup> misceatur. Ex concilio Africano, cap. 6<sup>2</sup>*

Pro reverentia Dei et sacerdotum id universa sancta sinodus statuit, ut quia solent crebro mensis otiose fabule interponi, in omni sacerdotali convivio lectio divinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim et anime edificantur ad bonum, et fabule<sup>3</sup> recenseri prohibentur<sup>4</sup>.

*(conc. Tol. III, cap. 7). BD 2.169] (Dist. 44, c. Pro reverentia.)*

<sup>1</sup> lect. div. CPD; div. lect. M

<sup>2</sup> 6 CPDH; 7 M

<sup>3</sup> [non necessariae, orig.] add. Fr

<sup>4</sup> -entur CPBDH; -etur M

**261**

*De clericis intemperate viventibus<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 62*

Clerici inter epulas cantantes ab officio detrahendi<sup>2</sup> sunt.

*BD 2.170] (22, q. 1, cap. Clericum.)*

<sup>1</sup> int. viv. CPD; inter epulas cantantibus M

<sup>2</sup> det- PBDM; ret- CH

**262**

*De clericis scurrilibus. Ex eodem cap. 80*

Si quis clericus aut monachus scurrilia, iocularia, risumque moventia<sup>1</sup> loquitur, acerrime corripiatur.

(ponitur post concilium tertium Carth., ca. 4) BD 2.171] (Dist. 46, cap. Clericum.)

<sup>1</sup> verba add. M, om. CPBD

**263**

*De eadem re. De eodem<sup>1</sup> cap. 60*

Clericos scurrales et verbis turpibus iocundatores<sup>2</sup> ab officio detrahendos.  
BD 2.172] IP 3.172

<sup>1</sup> De eodem CPD; Ex eodem MH; Ex Carthag. 4 Fr

<sup>2</sup> iocund- CP?M; iocul- D

**264**

*Ut clericus fideiussor non sit. De eodem cap. 70*

Clericus fideiussionibus inserviens<sup>1</sup> abiciatur.

(Ex canon. apost., c. 20.) BD 2.173]

<sup>1</sup> fid. ins. CPHM; fideiussoribus deserviens D

**265**

*Ut clericus barbam non<sup>1</sup> nutriat. Ex eodem, cap. 44<sup>2</sup>*

Clericus nec comam nutriat nec barbam<sup>3</sup>.

BD 2.174]

<sup>1</sup> Ut clericus barbam (comam D) non CPBDH; Ne clericus comam vel barbam M

<sup>2</sup> 44 CRPBDM; 40 H

<sup>3</sup> nutr. (ss D) nec barbam CPDH; nec barbam nutr. M

**266**

*De clericis per creaturam iurantibus<sup>1</sup>. Item de<sup>2</sup> eodem, cap. 61<sup>3</sup>*

Clericum per creaturam iurantem acerrime obiurgandum; si persistet in vitio, excommunicandum.

BD 2.175] (22, q. 1, c. Clericum.)

<sup>1</sup> De cler. per creat. iur. CVBDH; Item de eodem P; Ne clericus per creaturam iuret M

<sup>2</sup> Item de CPDH; Ex M

<sup>3</sup> 61 CPBHM; 41 D

**267**

*De clericis qui adulacionibus et proditionibus vacare deprehenduntur<sup>1</sup>. Ex eodem concilio<sup>2</sup>, cap. 56<sup>3</sup>*

Clericus qui adulacionibus et proditionibus vacare deprehenditur degradetur ab officio<sup>4</sup>.

*BD 2.176] IP 3.173 (Dist. 46, c. Clericus qui adulacionibus.)*

<sup>1</sup> qui - depreh. CPBD; adulatoribus M

<sup>2</sup> conc. CPBD; om. M

<sup>3</sup> 56 CPBD; 53 H; 57 M; om. R

<sup>4</sup> degr. ab off. CPHM; ab off. degr. D

**268**

*De ordinatis qui solent contra ecclesiastica mandata auribus principis molestiam inferre.<sup>1</sup> Ex concilio Antiocheno, cap. 11*

Si quis episcopus aut presbiter, aut quilibet regule subiectus ecclesie, preter consilium et litteras episcoporum provincie et precipue metropolitani, adierit imperatorem, hunc reprobari, et abici oportere non solum a communione, verum et ab honore cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentavit inferre contra leges ecclesie. Si igitur adire principem necessaria causa depositit, hoc agatur cum tractatu et consilio metropolitani et et ceterorum episcoporum qui in eadem provincia commorantur, qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis<sup>2</sup>.

*BD 2.177; cf Landau 1984, 28, and above 6.223] (23, q. 8, c. Si quis episcopus.)*

<sup>1</sup> De ord. - inferre CPDH; Ne quis ex clero sine consensu episcopi ad imperatorem querimoniam deferat M

<sup>2</sup> epistolis CPHM; episcopis (vel litteris in mg.) D

**268A (H)**

*Qualem professionem presbiteros aut diaconos suo episcopo oporteat facere quando per parrochias constituuntur. Ex conc' Toletano V cap. xxvii*

Quando presbiteri aut diaconi per parrochias constituuntur, oportet eos episcopo suo professionem facere ut caste et pie vivant sub Dei timore, ut dum eos talis professio alligat, vite sancte disciplinam teneant.

*cf 6.. 247; H 368, C. Toledo IV c 26; rubr. as here in Coll XIIP 2. 130*

**224**

*De presbitero certo crimine deposito si de ministerio sibi interdicto aliquid agere presumpserit<sup>1</sup>. Ex concilio Toletano, cap. 6<sup>2</sup>*

Si quis presbiter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus, et ipse per contemptum et superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere presumpserit, et postea ab episcopo suo correptus<sup>3</sup> incepta presumptione perduraverit, hic omnimodis excommunicetur, et ab ecclesia expellatur. Et quicumque cum eo communicaverit<sup>4</sup>, similiter se sciat excommunicatum. Similiter

<sup>1</sup> certo crimine - presumpserit CPDH; deposito, si ministerium praesumpserit M

<sup>2</sup> In codice Regio variat ordo, sed nos a colonensi non recessimus. M; variat etiam in ms. Victorino.

*add. Fr note; cf above, note to c 223*

<sup>3</sup> correctus in H

<sup>4</sup> hic omnimodis - communicaverit om. H

de clericis, laicis, et<sup>5</sup> feminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit, et episcopus emendare non<sup>6</sup> potuerit, regis iudicio exilio dampnetur.

*BD 2.179]*

---

<sup>5</sup> vel H

<sup>6</sup> minime H

## 225

*De presbitero vel diacono<sup>1</sup> dampnato qui imperatoris auribus molestus extiterit. Ex concilio Antiocheno, cap. 12*

Si quis a proprio episcopo presbiter aut diaconus, aut a sinodo fuerit episcopus forte dampnatus et imperialibus auribus molestus extiterit, oportet ad maius episcoporum converti concilium, et que putaverint habere iusta plurimis episcopis suggestant, eorumque discussiones ac iudicia prestolentur. Si vero hec parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem future restitutionis penitus operiri<sup>2</sup>.

(*Ant. I, sub Iulio I. BD 2.180 ends operiri.] (21, q. 5, c. Si quis a proprio)*

---

<sup>1</sup> vel diac. CPBDH; *om* M

<sup>2</sup> operiri C<sup>2</sup>DHM; aperiri PV; periri CB; aperiri diiudicamus Fr

## 225A<sup>1</sup>

*Qualem professionem presbiteros aut diaconos suo episcopo oporteat facere quando per parrochias constituuntur. Ex concilio Toletano V cp. xxvii*

Quando presbiteri aut diaconi per parrochias constituuntur – sancte disciplinam teneant.  
above 6. 248

---

<sup>1</sup> H only

## 1226

*De presbitero qui pravis exemplis mala<sup>2</sup> de se suspicari permiserit. Ex concilio Agathensi, cap. 4<sup>3</sup>*

Si quis presbiter vite sue negligens pravis exemplis mala<sup>4</sup> de se suspicari permiserit, et populus ab episcopo iuramento seu banno Christianitatis constrictus, infamiam eius patefecerit, et certi accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primo seorsum ab episcopo, deinde sub duobus vel tribus testibus. Si non emendaverit, in conventu presbiterorum episcopus eum publica increpatione admoneat. Si vero neque sic se<sup>5</sup> correxerit, ab officio suspendatur usque ad dignam<sup>6</sup> satisfactionem<sup>7</sup>, ne populus fidelium in eum<sup>8</sup> scandalum patiatur. Si autem accusatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifestis indicis probare<sup>9</sup> contendenterint, et ipse negaverit, tunc ipse cum septem sociis suis eiusdem ordinis, si

---

<sup>1</sup> H omits last sentence from Diaconus vero si .

<sup>2</sup> pravis ex. mala CPHM; malis ex. prava D

<sup>3</sup> Agat. cap. 4 CPHM; *om.* D

<sup>4</sup> mala PBM; male CVD

<sup>5</sup> se CPDFr; *om.* BM

<sup>6</sup> dig- CPDM; condig- B

<sup>7</sup> usque - satisf. ss P

<sup>8</sup> eum PVBD; eo C<sup>2</sup>M; ? C; R??

<sup>9</sup> ss D

valet, a crimine semetipsum expurget. Diaconus vero si eodem crimen accusatus fuerit, semetipsum cum tribus excuset<sup>10</sup>.

(*in fragmentis, cap. 3*). BD 2.181] Ctp 3.10.7; IP 5.1 (2 q. 4, c. *Si legitimi.*)

<sup>10</sup> excuset CPD; expurget VM; Diaconus vero si – exc. om. H

## 227

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Triburiensi, cap. 21*

Si quis presbiter contra laicum, vel laicus contra presbiterum aliquam habet querimonie controversiam, episcopo precipiente sine personarum acceptione finiatur. Laicus per iuramentum, si necesse sit, se expurget. Presbiter vero vice iuramenti per sanctam consecrationem interrogetur; quia sacerdotes ex levi causa iurare non debent. Manus<sup>2</sup> per quam corpus et sanguis Christi conficitur, iuramento polluatur<sup>3</sup> Absit. Cum Dominus in evangelio discipulis suis<sup>4</sup>, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia, dicat, Nolite omnino iurare. Sit autem sermo vester est, est, non non; quod autem his abundantius est, ex<sup>5</sup> malo est.

(BD 2.182] Ctp 3.10.8; IP 5.10 (2 q. 5, c. *Si quis presbyter.*)

<sup>1</sup> De eadem re CPD; Quomodo controversia inter clericum et laicum exorta finiatur M

<sup>2</sup> enim add. Fr, om. CPDM

<sup>3</sup> -atur CPM; -etur DFr

<sup>4</sup> suis CPM; om. D

<sup>5</sup> ex CPD; a M

## 228

*Si<sup>1</sup> clericus adversus clericum habet<sup>2</sup> negotium, ut<sup>3</sup> ad secularia non<sup>4</sup> recurrat iudicia. Ex concilio Chalcedonensi, cap. 9*

Si quis clericus adversus clericum habet negotium, non deserat episcopum proprium<sup>5</sup>, et ad secularia percurrat iudicia, sed prius actio ventiletur apud proprium episcopum, vel certe consilio eiusdem episcopi apud quos utreque partes voluerint iudicium obtinebunt. Si quis autem preter hec fecerit, canonicas correctionibus subiacebit.

(*actione 15*). BD 2.183] (1, q. 1, c. *Si clericus.*)

<sup>1</sup> Si CPBDH; Ne M

<sup>2</sup> habet CPBH; habeat D; habens M

<sup>3</sup> ut CPBDH; om. M

<sup>4</sup> non CPBDH; om. M

<sup>5</sup> proprie. CPBDH; suum M

## 229

*De presbiteris qui a plebis<sup>1</sup> infamantur, quomodo purgari debeant. Ex concilio Hilerdensi, cap. 10*

Si quis presbiter a plebe sibi commissa mala opinione infamatus<sup>2</sup> fuerit, et episcopus legitimis testibus<sup>3</sup> approbare non potuerit, suspendatur<sup>4</sup> presbiter usque ad<sup>5</sup>

<sup>1</sup> suis add. M, om. CPD

<sup>2</sup> infam- CPBD; inform- M

<sup>3</sup> testibus CPBDFr; testimonii [testibus] M

<sup>4</sup> [ab officio in conc.] add. Fr

<sup>5</sup> ad CP<sup>2</sup>HM; om. PV; dum D

dignam satisfactionem<sup>6</sup>, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna enim satisfactio est, si<sup>7</sup> eis a quibus reus creditur, post rectam<sup>8</sup> securitatem de imposito crimine, innocens esse manifestetur. Quod ita a nobis et a maioribus constitutum esse docetur. Sed sive secundum canones sive ad<sup>9</sup> arbitrium episcopi sibi collegas septem coniungat, et iuret in sacro coram posito evangelio, quod eum sancta Trinitas, et Christus Filius Dei qui illum fecit et docuit quod evangelium continet, et sancti quatuor evangeliste qui illud scripserunt<sup>10</sup>, sic adiuvent quod ille prenominatam actionem ita non perpetravit, sicut ei<sup>11</sup> de illo oblatum<sup>12</sup> est. Et in hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exerceat<sup>13</sup> ministerium. Quam satisfactionem nonnulli precedentium patrum sanctum papam Leonem in basilica sancti Petri apostoli, coram reverendissimo Cesare Karolo ac clero et<sup>14</sup> plebe ita fecisse commemorant<sup>15</sup>, atque ita mox venerandum principem contra eiusdem sancti pape adversarios digne ultionis vindictam exercuisse.

(*inter fragmenta*). BD 2.184] Ctp 3.10.9; IP 5.2 (2, q. 4, c. Presbyter si a plebe.)

<sup>6</sup> egerit add. D, om. CPM

<sup>7</sup> est si CPM; lacuna D

<sup>8</sup> rectam CPDM; factam [al. rectam] Fr

<sup>9</sup> ad CPM; secundum D

<sup>10</sup> eum add. D, om. CPM

<sup>11</sup> ei CPM; illi D

<sup>12</sup> vel ...tum add. ss C

<sup>13</sup> -er- ss D

<sup>14</sup> et CPM; ac D

<sup>15</sup> commem- CPM; mem- D

## 230

*Si aliquis ex ordinatis ab episcopo suo dampnatus fuerit ut non debeat ab aliquo defensari<sup>1</sup>. Ex concilio Africano, cap. 29*

Et illud petendum ut statuere dignetur<sup>2</sup>, ut si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcopi quocumque crimine fuerit dampnatus, non liceat eum, sive ab ecclesiis quibus prefuit, sive a quolibet homine defensari, interposita pena dampni pecunie et honoris, quo nec etatem nec sexum excusandum esse precipiant.

(*sub Bonif. et Celest.*). BD 2.185] Ctp 3.10.12 (21, q. 5, c. Si quis cuiuslibet.)

<sup>1</sup> Si aliquis - defensari CPD; Quod nullus ordinatus ab episcopo suo damnatus, ab aliquo defensari debeat M

<sup>2</sup> -etur CPDM; -entur Fr

## 231

*De presbitero a populo accusato. Ex epistola Gregorii<sup>1</sup>*

De presbitero vel quolibet sacerdote<sup>2</sup> a populo accusato, si certi non fuerint testes qui criminis illato veritatem dicant, iuriurandum erit in medio, et illum testem proferat de innocentie sue puritate, cui nuda et aperta sunt omnia; sicque maneat in proprio gradu.

(*Greg. II, epist. 13, c. 3*). BD 2.186] Ctp 3.10.13; IP 5.9 (2, q. 4, c. Presbyter.)

<sup>1</sup> papae add. M

<sup>2</sup> sac. CPBD; in clero [sacerdote] M

**232**

*De clericis convictis et confessis, si intra annum causam suam purgare<sup>1</sup> contempserint, nulla vox eorum post audiatur<sup>2</sup>. Ex concilio Africano, cap. 46*

Rursum constitutum est ut aliquotiens clerici convicti et confessi in aliquo crimen, vel propter eorum quorum verecundie parcitur vel propter ecclesie opprobrium, aut insolentem exultationem hereticorum atque gentilium, si forte cause sue adesse voluerint, et innocentiam suam asserere, intra unum annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

(et conc. Carth. V, cap. 12). BD 2.187] Ctp 3.10.14 (11, q. 3, c. Rursus.)

<sup>1</sup> purg. CPBDH; finire M

<sup>2</sup> nulla vox - audiatur CPBD; om. M

**233**

*Ut nullus ex ordinatis laico iurare presumat. Ex concilio Remensi, cap. 5*

Ut nullus ex ecclesiastico ordine<sup>1</sup> cuiquam laico quicquam supra sacra vel super sancta<sup>2</sup> evangelia iuret, sed simpliciter cum veritate et puritate<sup>3</sup> dicat, Est est, non non. Sed, si est aliquid quod eis a laicis obiciatur ad episcopum in cuius territorio est, deferatur; et iuxta id quod illi qui eiusdem sunt ordinis diudicaverint<sup>4</sup>, aut corrigatur aut expurgetur.

BD 2.188] IP 5.11 (22, q. 5, c. Nullus.)

<sup>1</sup> ordine CPDHM; om. B

<sup>2</sup> sacra vel super (supra B) sancta CPBD; sacrosancta M

<sup>3</sup> ver. et pur. CM; pur. et ver. PVBD

<sup>4</sup> -averint CPBD; -arint M

**234**

*Si presbiter aut diaconus in fornicatione aut perjurio<sup>1</sup> aut furto captus fuerit, ab officio suspendatur<sup>2</sup>. Ex canone<sup>3</sup> apostolorum<sup>4</sup>*

Presbiter<sup>5</sup> aut diaconus qui in fornicatione, aut perjurio, aut in furto, aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim scriptura, Non iudicat<sup>6</sup> Dominus bis in idipsum.

BD 2.189] (Dist. 81, c. Presbyter.)

<sup>1</sup> aut per. CRPBD; om. H

<sup>2</sup> Si presb. - suspendatur CPD; De presbytero si in aliquo criminali peccato deprehensus fuerit M

<sup>3</sup> canone CPD; canonibus M

<sup>4</sup> cap. 25 add. M, om. CPDH

<sup>5</sup> [Episcopus presb. in orig.] add. Fr

<sup>6</sup> [Naum I, secundum aliam litteram] add. M<sup>2</sup>; [hoc verbum non est in orig. ouk εκδικησει. Naum I, secundum aliam litteram apud LXX interp.] add Fr

**235**

*De ordinatis, si aliquis illorum percussor extiterit. Ex concilio Agathensi, cap. 3.*

Si quis aliquo ecclesiastico gradu sacratus percussor extiterit, corripiatur acerrime. Si non emendaverit, deponatur.

BD 2.190]

**236**

*De presbiteris qui propter suam negligentiam<sup>1</sup> degradantur. Ex concilio Mogontiensi, cap. 40<sup>2</sup>*

Dictum est nobis presbiteros propter suam negligentiam canonice degradatos, et seculariter gradu amisso vivere, et penitentie agende bonum negligere. Unde statuimus ut gradu amisso, agende penitentie gratia in monasterio aut canonico aut regulari mittantur. Si vero quid horum fieri causa quelibet prohibuerit, ubicumque sint penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter vivere voluerint, et penitentiam agere neglexerint, ab ecclesie communione separentur.

*BD 2.191] Ctp 3.10.15 (Dist. 81, c. Dictum est.)*

<sup>1</sup> propter suam negl. CPDH; suo vitio M

<sup>2</sup> 40 PBD; 60 CHM

**237**

*De ordinatis si iniuste degradati fuerint<sup>1</sup>. Ex eodem concilio, cap. 28<sup>2</sup>*

Episcopus, presbiter, aut diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus in secunda sinodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, annulum, et baculum; si presbiter, orarium et planetam<sup>3</sup>; si diaconus, orarium<sup>4</sup> et albam; si subdiaconus, patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in reparatione sui<sup>5</sup> recipient, que cum ordinarentur percepant.

*(Tol. IV, cap. 27). BD 2.192] Ctp 3.10.16; IP 3.80 (11, q. 3, c. Episcopus presbyter.)*

<sup>1</sup> De - fuerint CPDH; Quomodo restituendi sint qui iniuste degradantur M

<sup>2</sup> 28 CPM; 27 D

<sup>3</sup> planetam CP; patenam DM, [planetam] add. M

<sup>4</sup> orarium - or. over erasure C

<sup>5</sup> rep. sui CPM; sui rep. D

**238**

*De ordinatis<sup>1</sup> qui episcopum proprium contempnunt<sup>2</sup>. Ex concilio Antiocheno, cap. 5*

Si quis presbiter aut diaconus episcopum proprium contempnens se ab ecclesia sequestraverit, et seorsum colligens altare constituerit, et commonenti episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire voluerit, semel et iterum convocatus hic dampnetur omnino, nec ultra remedium consequatur<sup>3</sup>.

*(sub Julio I). BD 2.193]*

<sup>1</sup> ord. CPBDH; clericis M

<sup>2</sup> ep. prop. contempnunt CPBDH; prop. ep. contempserint M

<sup>3</sup> quia suam non potest recipere dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare et sollicitare persistat, tanquam seditiosus per potestates exteriores opprimatur [castigetur]. add. Fr, om. CPDHN BD

**239**

*Si presbiter contra suum episcopum inflatus scisma fecerit anathematizetur<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi<sup>2</sup>, cap. 11*

Ab universis episcopis dictum est, Si quis<sup>3</sup> presbiter ab episcopo suo<sup>4</sup> correptus fuerit, debet utique apud vicinos episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod si non fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit; ac separatim, cum aliquibus scisma faciens, sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur et locum amittat. Si querimoniam iustum aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit.

(alia versio, conc. Carth. II, cap. 8) BD 2.194] .(11, q. 3, c. Si quis presbyter.)

<sup>1</sup> Si - anath. CPBD; De presbytero, qui contra episcopum suum scisma fecerit M

<sup>2</sup> -ieni C

<sup>3</sup> quis CPM; om. D

<sup>4</sup> excommunicatus vel add. Fr, om. CPDM

**240**

*De illis qui aliquem ex ordinatis falso crimen appetierint. Ex eodem concilio<sup>1</sup> cap. 5*

Si quis episcopum, aut presbiterum, vel diaconum falsis criminibus appetierit, et probare non potuerit, nisi<sup>2</sup> in fine dandam ei non<sup>3</sup> esse communionem<sup>4</sup>.

(Annectitur conc. Carth. III, capitulo 3).BD 2.195] (2, q. 3 c. Si quis episcopum.)

<sup>1</sup> eod. concilio CPD; conc. Kartag. H; eod. M

<sup>2</sup> nisi CPH; nomisi DM

<sup>3</sup> non CP; om. DHM

<sup>4</sup> corr. fr. communionem C

**241**

*Ut criminator crimen criminati litteris comprehensum ante accusationem episcopo suo representet<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 10*

Illud preterea<sup>2</sup> omni ecclesiastico ordini omnimodo<sup>3</sup> observandum est, ut nullatenus aliquis presumat in concilio vel sinodali conventu aliquem confratrum accusatione pulsare, nisi prius ipsum accusationis crimen et litigationis causas litteris per ordinem comprehensas manu propria subscripserit<sup>4</sup>, et episcopo vel sacre sinodo porrexerit, ut iuste canonice litigantium controversie finiantur. Non enim licet, ut auctoritas Romana testatur, nisi inscriptione celebrata reum quemquam fieri, nec ad iudicium exhiberi; quia, sicut convictum de crimen pena constringit, ita et accusatorem, si non probaverit quod obiecit.

BD 2.196]

<sup>1</sup> criminator - representet CPDH; nullus clericorum alium nisi scripto criminetur M

<sup>2</sup> omnino add. D, om. CPHM

<sup>3</sup> omnimodo CP; om. D; omnino M

<sup>4</sup> subscripserit CPD; conscripserit [subscripserit] M

## 269

*Ut nullus<sup>1</sup> ex ordinatis<sup>2</sup> se proclamet in sinodo nisi scriptis. Ex concilio apud sanctum Medardum, cap. 8*

Hincmarus archiepiscopus Remorum suis accusatoribus dixit, Que est vestra petitio, fratres? Misericordiam, inquiunt, petimus nobis a vestra paternitate impendi de ministratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos a domino Ebbone quondam provecti, a vestra auctoritate suspensi sumus. Hincmarus archiepiscopus dixit, Habetis libellum reclamationis sive postulationis, sicut ecclesiastica se habet traditio? Illi autem responderunt se pre manibus nullum habere libellum. Hincmarus archiepiscopus dixit, Legum ecclesiasticarum consuetudo et auctoritas talis est, in causis gestorum semper scripturam requirant, adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen precipiatur, et qui ad summum sacerdotium provehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem a suis ordinatoribus litteras accipere iubetur. Qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libellari inscriptione recipitur aut deicitur. Sed qui accusatur, vel aut recipitur qui excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari vel reconciliari iubetur. Et sic in ceteris huiusmodi in tantum scriptura depositur, ut sicut beatus Gregorius<sup>3</sup> in commonitorio ad Iohannem defensorem ex Romanis legibus sumens<sup>4</sup> scribit, Sententia que sine scriptura<sup>5</sup> profertur nec nomen sententie habere non meretur. Quapropter fratres et filii, oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatem reclaimationem vestram libelli serie allegare, eamque manibus vestris roboratam, sinodo sacre porrigeret, ut convenienter et canonice vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum consribentes, eique sua nomina subscriventes, porrexerunt Hincmaro archiepiscopo, qui tunc una cum Wenilone Sennensi<sup>6</sup> archiepiscopo, et cum<sup>7</sup> Amalrico<sup>8</sup> Turonensi eque archiepiscopo, sub presentia gloriosi regis Karoli sinodo presidebat.

(*Suessione sub Leone IV, initio, cap. 269*). BD 2.197]

<sup>1</sup> nullus PBDM; om. C

<sup>2</sup> ordinatis CPD; clero M

<sup>3</sup> (regist. l. II, epist. 54, in fine) add. M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> (codic. lib. 7. tit. 44) add. M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> [scripto] add. M

<sup>6</sup> Senn. CPB; Senonensi C<sup>2</sup> M; Senensi D; [Muclone Senensi] add. M<sup>2</sup>

<sup>7</sup> cum CPD; om. M

<sup>8</sup> [Almarico] add. M<sup>2</sup>

## 270

*De presbiteris qui parochias<sup>1</sup> fugerint in quibus locati sunt<sup>2</sup>. Ex concilio Cabilonensi, cap. 41*

Presbiter proprio loco dimisso ad alium migrans nequaquam recipiatur nisi sue migrationis causam dixerit<sup>3</sup>, et se innocenter vixisse in parochia in qua ordinatus est sub testibus probaverit. Litteras etiam habebit, in quibus sint nomina episcopi et civitatis plumbo impressa. Quibus cognitis, et talibus inventis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

BD 2.235, after c. 226 in MSS Freiburg and Vat lat. 979] IP 3.75

<sup>1</sup> par. CPV; de parrochiis D

<sup>2</sup> De presb. - locati sunt CPD; Ne presbyteri relictis paroeciis suis ad alias migrant, nisi certis de causis M

<sup>3</sup> dix- CBDM; dux- PV

**271**

*De clericorum accusatoribus<sup>1</sup> si unum ex<sup>2</sup> obiectis probare non potuerint, ad cetera non admittantur. Ex concilio Africano, cap. 75<sup>3</sup>*

Item placuit<sup>4</sup> quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina obiciuntur, et unum ex ipsis de quo prius egerint probare non valuerint, ad cetera iam<sup>5</sup> non admittantur.

(*conc. Afric. 97, et Car. 7, cap. 3). BD 2.198] IP 4.64 (3, q. 10, cap. Placuit.)*

<sup>1</sup> De cler. acc. CPBD; Ut accusatores clericorum M

<sup>2</sup> ex CPBD; de M

<sup>3</sup> 75 CPDH; 7 M

<sup>4</sup> ut add. M

<sup>5</sup> iam CPBDH; om. M

**272**

*De episcopo aut<sup>1</sup> presbitero si causa criminalis eis reputata fuerit, quomodo<sup>2</sup> se expurgare debeant. Ex concilio Wormatiensi, cap. 8*

Si episcopo aut<sup>3</sup> presbitero causa criminalis<sup>4</sup>, homicidium, adulterium aut<sup>5</sup> maleficium reputatum<sup>6</sup> fuerit, in<sup>7</sup> singulis missam tractare<sup>8</sup> debet, et secretam publice dicere, et communicare, et de<sup>9</sup> singulis sibi reputatis<sup>10</sup> innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus ecclesie extraneus habeatur.

(*sub Adriano II, cap. 10). BD 2.199] (2, q. 4, cap. Si episcopo.)*

<sup>1</sup> aut CPH; vel D

<sup>2</sup> De - quomodo CPD; Quomodo episcopi, vel presbyteri de obiecto criminis M

<sup>3</sup> aut CPHM; vel BD

<sup>4</sup> hoc est add. M

<sup>5</sup> aut CPBD; furtum aut M; furtum et Fr

<sup>6</sup> rep- CPBD; imp- M

<sup>7</sup> in CPBD; pro M

<sup>8</sup> [celebrare] add. M

<sup>9</sup> de CPM; om. D

<sup>10</sup> rep- CPD; imp- M

**273**

*Ut clerici ab<sup>1</sup> alienis iudicibus non constringantur. Ex decretis Adriani pape, cap. 38*

In clericorum causa huiusmodi forma servetur, ut nequaquam eos sententia non a suo iudice dicta<sup>2</sup> constringat.

(*inter canones 80 Adriani I ad Ingelramnum). BD 2.200]*

<sup>1</sup> ab CPD; om. M

<sup>2</sup> dicta CPDH; data M

## 274

*Criminantem iniuste et non probantem verberibus publice castigandum et in exilium deportandum<sup>1</sup>. Ex<sup>2</sup> registro<sup>3</sup> ad Anthemium subdiaconum<sup>4</sup> Campanie, cap. 201*

Cum fortius punienda sint crimina que insontibus maxime sacratis ordinibus ingeruntur, quam sitis culpabiles omnes qui in causa Iohannis diaconi resedistis, attendite, ut Hilarum<sup>5</sup> criminatorem ipsius nulla ex diffinitione vestra pena veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram esse creditis idoneum, quod vobis quasi iudicare volentibus solus frater et coepiscopus noster Paschasius dicitur distulisse. Nam, si zelus in vobis rectitudinis viguisse, facilius uni a multis rationabiliter suaderi quam multi ab uno poterant sine causa differri. Quia ergo tante nequitie malum sine digna non debet ultione transire, suprascriptum fratrem nostrum Paschasius volumus admoneri, ut eumdem Hilarum<sup>6</sup> prius subdiaconii, quo indignus fungitur, privet officio, atque verberibus publice castigatum, faciat in exilium deportari, ut unius pena multorum possit esse correctio.

(lib. IX, epist. 66). BD 2.201]

<sup>1</sup> Criminantem - deportandum CPDH; Ut verberibus publice castigatus in exsilium deputetur, qui alii crimen iniuste intenderit quod non probaverit M

<sup>2</sup> Ex C<sup>2</sup>PHM; E C; In D

<sup>3</sup> Gregorii add. HM, om. CPD

<sup>4</sup> subdiac. CPM; diac. D

<sup>5</sup> Hilarum CPD; Hilarium D<sup>2</sup>M, [Hilarum] add. M

<sup>6</sup> Hilarum CPD; Hilarium D<sup>2</sup>M

## 275

*De ecclesiasticis qui<sup>1</sup> seculares potestates habere desiderant<sup>2</sup>. Ex epistola Gregorii Secundino inclusu<sup>3</sup> directa*

Certum namque est non vos ante exercitui ducem preponere, nisi vobis labor eius fidesque complaceret, et nisi eum anteacte vite virtus et sollicitudo aptum esse monstraret. Si vero non aliis nisi huiusmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux esse debeat animarum, ex istius bone rei comparatione colligitur. Sed verecundum nobis est dicere, et pudet, quia sacerdotes sibi ducatum arripiunt, qui exordium religiose militie non viderunt.

BD 2.238, after 2.221 in Freiburg/Vat 969]

<sup>1</sup> De eccl. qui CPD; Ne ecclesiastici M

<sup>2</sup> -ant CPD; -ent M

<sup>3</sup> incl- CPM; recl- D

## 276

*Ut qui<sup>1</sup> clericum accusaverit et testimoniare non potuerit, accusator penam accusati<sup>2</sup> accipiat<sup>3</sup>. Ex concilio Bracarensi II<sup>4</sup>, cap. 8*

Placuit ut, si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum preceptum Pauli apostoli<sup>5</sup>, duo vel tria testimonia requirantur ab illo. Quod

<sup>1</sup> qui CPH; si quis D

<sup>2</sup> corr. fr. -anti C

<sup>3</sup> Ut qui cler. - accipiat (suscipiat D) CPD; Ut poenam accusati suscipiat, qui non potest probare quod intendit M

<sup>4</sup> II CPDH; om. M

<sup>5</sup> Pauli ap. CPD; ap. Pauli M

si non potuerit datis testimentiis approbare quod dixit, accusationem<sup>6</sup> accusati  
accusator accipiat.

(conc. Brac. II, c. 8). BD 2.202] IP 4.97 (2, q. 5, c. Placuit.)

<sup>6</sup> illo CPM; eo D. [al. excommunicationem. Origin.] add. Fr

### 277

*Ut sicut laici clericos in secularibus in sua accusatione<sup>1</sup> non recipiunt, ita nec ipsi in  
sacerdotum<sup>2</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 5*

Omnis episcopi in tertia sessione acclamaverunt, Sane dignum est ut sicut  
sacerdotes vel clericos in sua accusatione, vel secularibus iudiciis laici non recipiunt,  
ita ipsi in sacerdotum vel clericorum accusationibus seu ecclesiasticis negotiis, nisi  
sponte collaudetur, non recipientur. Quoniam inconveniens est ut hi qui hos respuant,  
ab his recipientur.

BD 2.203]

<sup>1</sup> in sec. in sua acc. CPD; in sua acc. in sec. M

<sup>2</sup> sacerdotum CPD; eorum accusatione recipient M

### 278

*Ut testimonium laici contra clericum<sup>1</sup> nemo suscipiat<sup>2</sup>. Ex concilio Triburiensi, cap. 4*

Testimonium laici adversus clericum nemo suscipiat.

BD 2.204] (11, q. 1, c. Testimonium.)

<sup>1</sup> -icum CPD; -icos M

<sup>2</sup> suscipiat CPDH; recipiat M

### 279

*De predicatione presbiterorum. Ex eodem concilio, cui interfuit rex Arnulfus<sup>1</sup>*

Precipimus vobis ut unusquisque vestrum super duas seu tres hebdomadas  
diebus dominicis seu festivitatibus sanctorum, populum sibi commissum, doctrinis  
salutiferis ex sacra scriptura sumptis, in ecclesia sibi commissa, post evangelium  
perlectum, instruere studeat, et iubeat illis, ut nullus de ecclesia exeat antequam a  
presbitero sive a diacono ultima laus, id est Benedicamus Domino, aut Ite missa est  
pronuntietur.

BD 2.237, after 2.204 Freiburg/Vat. 969]

<sup>1</sup> rex Arn. CP; Arn. rex DM

### 280

*De ordinatis, si accusati fuerint, quot testibus se excusare debuerint<sup>1</sup>. Ex concilio  
Carthaginensi<sup>2</sup>, cap. 20*

Si qui presbiteri vel diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis  
episcopatus proprius legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id  
est una secum in presbiteri nomine sex, in diaconi tribus, ipsorum causas discutiat,  
eadem dierum et dilationum, et a communione remotionum, et discussione

<sup>1</sup> si accusati - debuerint CPD; quot testibus discuti debeant, si accusati fuerint M

<sup>2</sup> -ensi PM; -ensi C; Cartag' VHD

personarum, inter accusatores et eos qui accusantur forma servata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.  
(con. Carth. III, c. 2). BD 2.205] (15, q. 7, c. Si autem presbyteri.)

## 281

*De<sup>1</sup> substantia defuncti presbiteri<sup>2</sup> cuius esse debeat. Ex concilio<sup>3</sup> Triburiensi, cap. 23  
cui interfuit Arnulfus rex*

Sancto concilio allatum est quod quidam laici improbe agant contra presbiteros suos, ita ut de morientium presbiterorum substantia partes sibi vindicent, sicut de propriis servis. Interdicimus itaque canonica auctoritate, ne hoc ulterius fiat, sed, sicuti liberi facti sunt ad suscipiendum gradum et agendum divinum officium, ita nihil ab eis exigatur, preter divinum officium. De peculiari vero sacerdotum nihil sibi usurpent, sed totum dividatur in quatuor partes, una episcopo, alia altari, tertia pauperibus, quarta parentibus. Et si non sunt idonei parentes, episcopus eam recipiat, et in usum ecclesie diligenter distribuat. Et si quis contra hoc facere presumpserit, anathematizetur.

BD 2.206]

<sup>1</sup> De CPBD; om. M

<sup>2</sup> presb. CPD; sacerdotis M

<sup>3</sup> concilio CVBDM; om. P

## 282

*De presbiteris<sup>1</sup> qui sine testamento discesserint<sup>2</sup>. Ex eodem concilio<sup>3</sup>, cap. 14<sup>4</sup>*

Si quiscumque<sup>5</sup> ex gradu ecclesiastico sine testamento et sine cognatione<sup>6</sup> decesserit, hereditas eius ad ecclesiam ubi<sup>7</sup> servivit devolvatur. Similiter<sup>8</sup> de sanctimonialibus.

BD 2.207]

<sup>1</sup> presbiteris CPBD; clericis M

<sup>2</sup> -int CPBD; -unt M

<sup>3</sup> eod. conc. CVBDM; conc. eod. P

<sup>4</sup> 14 CPM; 27 D

<sup>5</sup> Si quiscumque CPB; Quicumque D; Si quicumque M

<sup>6</sup> sine cognat- CPD; cognit- M

<sup>7</sup> ubi CPM; cui D

<sup>8</sup> et add. M, om. CPBD

## 283

*De clericis qui laicalibus vestimentis utuntur<sup>1</sup>. Ex eodem concilio, cap. 27*

Ut laicalibus vestimentis clerici non utantur, id est mantello vel cotto, sive cappa, nec pretiosis et ineptis calcamentis, et aliis novitatum vanitatibus, sed religioso et decenti habitu induit incedant.

BD 2.208]

<sup>1</sup> utuntur CPD; induuntur M

**284**

*De eadem re<sup>1</sup>. Ex concilio Carthaginensi, cap. 44*

Clericus professionem suam etiam<sup>2</sup> habitu et incessu probet, et ideo nec in vestibus, nec calciamentis decorum querat.

(con. Carth. IV, cap. 45).BD 2.209] (Dist. 42, c. Clericus.)

<sup>1</sup> De ead. re CRPBDM; De habitu clericorum H  
<sup>2</sup> etiam CPHM; et D

**285**

*De clericis qui otiose in nundinis deambulant. Ex concilio Carthaginensi<sup>1</sup>, cap. 48<sup>2</sup>*

Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis<sup>3</sup>, vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

(ibidem). BD 2.210]

<sup>1</sup> conc. Carth. (-iensi C) CPD; eodem concilio M

<sup>2</sup> 48 CPM; 47 D

<sup>3</sup> non pro emendo aliquid in nund. CP with BD; pro commodo aliquo in nundinis DM; [qui non pro emendo aliquid in n. orig. add. Fr]

**286**

*Ut nullus ex clero arma militaria portet. Ex concilio Meldensi, cap. 18*

Quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis sue vocabulum religiosis<sup>1</sup> moribus et religioso habitu prebeant<sup>2</sup>. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores et ecclesiastice sanctitatis profanatores, proprii gradus amissione multentur, quia non possunt simul Deo et seculo militare.

(sub Sergio II, c. 37).BD 2.211] IP 3.168 (23, q. 8, c. Quicunque.)

<sup>1</sup> -osis CPM; -onis D

<sup>2</sup> -eant CPM; -ent D

**287**

*Ut omnes clerici magis confidant in defensione Dei quam in armis<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 9<sup>2</sup>*

Omnimodis<sup>3</sup> dicendum est presbiteris et diaconibus ut arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei quam in armis.

BD 2.212]

<sup>1</sup> Ut omnes - armis CPD; De eadem re M

<sup>2</sup> 9 CPM; 8 D

<sup>3</sup> -dis CPM; -do D

**288**

*De illis qui ex ecclesiastico ordine aut venantur aut cum accipitribus iocantur<sup>1</sup>. Ex concilio Meldensi<sup>2</sup>, cap. 8*

Episcopum, presbiterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluntate sepius detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur; presbiter duobus mensibus; diaconus uno<sup>3</sup> ab omni officio et communione suspendatur.

(*BD 2.213] IP 3.167 (Dist. 34, c. Episcopum, presbyterum.)*)

<sup>1</sup> De illis qui ex (in R, om. CHB) - iocantur CPBDH; Ne ecclesiasticae personae canes aut accipitres habeant M

<sup>2</sup> conc. Meld. CRPD; eodem conc. H

<sup>3</sup> uno CPBDM; vero Fr

**289**

*De servis Dei ut omnes silvaticae vagationes<sup>1</sup> cum canibus et accipitribus illis interdicantur<sup>2</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 3*

Omnibus servis Dei venationes et silvaticas<sup>3</sup> vagationes cum canibus, et ut accipitres et<sup>4</sup> falcones non habeant, interdicimus.

(*Dist. 34, c. Omnibus servis.) BD 2.214]*)

<sup>1</sup> silv. vag. CP; vag. silv. D

<sup>2</sup> De servis - interdicantur CPD; De eadem re M

<sup>3</sup> et silv. CPM; silv. et D

<sup>4</sup> vel add. D, om. CPM

**290**

*Ut clericos discordantes<sup>1</sup> episcopus sua potestate conciliet. Ex concilio Africano, cap. 59*

Discordantes clericos episcopus vel ratione vel potestate<sup>2</sup> ad concordiam trahat, inobedientes sinodus per audientiam dampnet.

(*con. Carth. IV, c. 59). BD 2.215] (Dist. 90, c. Discordantes.)*)

<sup>1</sup> -dantes CVBDHM; -des P

<sup>2</sup> rat. vel pot. CPHM; pot. vel rat. D

**291**

*De clericis qui proruperint in mutuam cedem. Ex concilio Hilerdensi, cap. 6*

Si qui clerici in mutuam cedem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

(*conc. Hilerdensi, c. 11). BD 2.216]*)

**292**

*De eadem re. Ex eodem concilio<sup>1</sup>, cap. 7*

Frater in fratrem si ausus fuerit<sup>2</sup> manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

<sup>1</sup> concilio CPBD; om. M

(*inter fragmenta*). BD 2.217]

<sup>2</sup> ausus fu. CPM; fu. ausus D

### 293

*De officiis et ministeriis septem diaconorum cum subdiaconibus et sequentium ordinum ministris observandis<sup>1</sup>. Ex epistola Fabiani pape, cap. 2*

Septem ergo diaconi sunt in urbe Roma per septem regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, qui per singulas hebdomas et dominicos dies atque festivitatum solempnia, cum subdiaconibus et acolitis ac sequentium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruent ministeria, et parati omni hora divinum officium sint, et quicquid eis iniungitur peragendum. Similiter et vobis, prout opportunum fuerit, per singulas civitates est faciendum ut divinum absque ulla mora aut negligentia studiose ac solempniter agatur<sup>2</sup> officium.

(epist. I, initio). BD 2.218]

<sup>1</sup> De officiis et (vel D) - observandis CPBD; Quod septem diaconi sufficient in unaquaque Ecclesia M

<sup>2</sup> ag- CPM; perag- D

### 294

*De numero certo diaconorum<sup>1</sup>. Ex concilio Neocesariensi, cap. 14*

Diaconi septem debent esse<sup>2</sup> iuxta regulam, licet et valde magna sit civitas. Idipsum autem et Actuum apostolorum liber insinuat.

BD 2.219] (Dist. 93, c. Diaconi septem).

<sup>1</sup> numero certo diaconorum CPBD; eadem re M

<sup>2</sup> deb. esse CP<sup>2</sup>BD; deb. secundum esse P; esse debent secundum V; esse deb. M

### 295

*'De eadem re<sup>2</sup>. Ex concilio episcoporum qui in Ancira et Cesarea convenerunt, cap. 9<sup>3</sup>*

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamvis magna sit civitas; cui regule auctoritas erit liber Actuum apostolorum.

BD 2.220]

<sup>1</sup> Item add. M, om. CPD

<sup>2</sup> Item – re] De numero certo diaconorum H

<sup>3</sup> 9 CPHM; 11 D

### 296

*Ut diaconi coram presbiteris non sedeant. Ex concilio Laodicensi, cap. 20*

Quod non oporteat diaconum coram presbitero<sup>1</sup> sedere, sed iussione presbiteri sedeat. Similiter autem diaconis honor habeatur ab obsequentibus<sup>2</sup>, id est a subdiaconis, et omnibus clericis.

(et conc. Agathen., c. 65) BD 2.221] (Dist. 93, c. Non oportet.)

<sup>1</sup> coram pres. CPHM; iuxta pres. vel coram D

<sup>2</sup> obseq- CPHM; subseq- D

**297**

*De diaconis<sup>1</sup> qui se presbiteris anteponunt<sup>2</sup>. Ex concilio Toletano, cap. 39<sup>3</sup>*

Nonnulli diacones in tantam erumpunt<sup>4</sup> superbiam, ut sese presbiteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare presumant, presbiteris in secundo choro constitutis. Ergo ut sublimiores sibi presbiteros agnoscant, tam hi quam illi in utroque choro consistant.

(conc. Tol. IV, cap. 38).BD 2.222] (Dist. 93, c. Nonnulli diaconi.)

<sup>1</sup> -onis CPD; -onibus B

<sup>2</sup> De diac. - presb. anteponunt CPBD; Ne diaconi presbyteris se anteponat (-ant Fr) MFr

<sup>3</sup> 39 CPD; 34 B; 30 M

<sup>4</sup> er- CPM; pror- D

**298**

*Ut exorciste energumenis manus imponant. Ex concilio Carthaginensi, cap. 20*

Omni die exorciste energumenis manus imponant.

(conc. Carth. IV, c. 90). BD 2.223] (De cons. dis. 5, c. Omni die.)

**299**

*De honore universis ordinibus competente. Ex decretis sancti Silvestri pape, cap. 4*

Ita fratres iubet auctoritas divina et affirmat ut a subdiacono usque ad lectorem omnes subditi sint diacono. Cardinali urbis Rome in ecclesia honorem representantes tantum. Pontifici vero presbiter diaconus, subdiaconus acolitus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco representent obsequium, sive in publico sive in gremio ecclesie.

BD 2.224]

**300**

*De sacerdotibus qui adimplere ministerium suum<sup>1</sup> nesciunt nec discere volunt, quod*

*ab officio sint submovendi<sup>2</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 6*

Sacerdotes qui rite non sapiunt adimplere ministerium suum, nec discere iuxta preceptum episcoporum suorum, pro viribus satagunt, et contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submovendi, quosque hec pleniter<sup>3</sup> emenda habeant.

BD 2.225]

<sup>1</sup> adimp. min. suum CPDH; min. suum adimp. M

<sup>2</sup> quod ab - submov. CPD; om. M

<sup>3</sup> hec plen. CPHM; plen. hec D

**301**

*Ut inter clericos non<sup>1</sup> computentur<sup>2</sup> qui sub<sup>3</sup> nullius episcopi disciplina inveniuntur.  
Ex concilio Parisiensi, cap. 10*

Nulla ratione clerici aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina et providentia gubernantur. Tales enim acephalos, id est sine capite, prisca ecclesie consuetudo nuncupavit<sup>4</sup>.

*BD 2.226] (Dist. 93, c. Nulla ratione.)*

<sup>1</sup> ss CP

<sup>2</sup> Ut inter - computentur CPD; Ut clericci non reputentur M

<sup>3</sup> sub C<sup>2</sup>P<sup>2</sup>VHM; C?; om. PB; in D

<sup>4</sup> nuncupavit CPDH; nominavit M

**302**

*De clericis qui a dominis suis liberi facti sunt<sup>1</sup>. Ex concilio apud Alteum<sup>2</sup> habito, cap. 38*

Nullus clericus ad gradum presbiteri<sup>3</sup> promoveatur, nisi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de servis suis quem quam elegerit, et docuerit litteras, et libertati condonaverit, et per intercessionem erga episcopum presbiterum effecerit, ille autem postea in superbiam elatus, missam dominis suis et canonicas horas servare et psallere renuerit, et eis iuste obedire, dicens se liberum esse, noluerit, et quasi libere cuius vult homo fiat, hec sancta sinodus anathematizat, et illum a sancta communione arceri iudicat, donec resipiscat et domino suo obediat secundum canonica precepta. Si autem obstinato animo et hec contempserit, accusetur apud episcopum qui eum ordinavit, et degradetur, et fiat servus illius, id est domini sui, sicut natus fuerat. Quisquis vero talem secum habuerit, posteaquam rem illius predictam audierit, et domino suo non reddiderit, vel a se proiecerit sive episcopus, sive comes, sive clericus, sive laicus anathematis illius societate nodatus penam excommunicationis luat.

*BD 2.234, after 2.226 Vat. 969]*

<sup>1</sup> De clericis - sunt CPD; Ut clericci liberi facti a dominis suis, eos honorent et canonice serviant M

<sup>2</sup> Alteum CPD; Altheim [Alteum] M

<sup>3</sup> -eri CPD; -erii M

**303**

*De illo<sup>1</sup> qui fugam fratris<sup>2</sup> celaverit<sup>3</sup>. Ex dictis Basillii*

Si quis eum qui distinctionem ecclesiasticam non ferens, fugam meditari, cognoverit; si non statim prodiderit, prodictionis illius participem se esse non dubitet, et tamdiu a conventu fratrum est sequestrandus, quamdiu<sup>4</sup> ille valeat revocari.

*BD 2.228 var.]*

<sup>1</sup> illo CP; illis DM

<sup>2</sup> sui add. D, om. CPM

<sup>3</sup> -erit CP; -erint DM

<sup>4</sup> diu a conv. fratrum sequest. quam in mg. P

**304**

*De illis qui presbiteros suos male tractaverint. Ex concilio apud Arvernias, cap. 7*

Si quis presbiterum proprium inhonorat, aut verbo aut facto contumeliam fecit, tandiu a liminibus ecclesie arceatur, quoisque per condignam penitentiam satisfaciat. Ait enim apostolus, presbiteri qui bene presunt duplici honore digni habeantur. Item alibi dicit, Obedite prepositis vestris, et subiecti eis estote<sup>1</sup>. Et cetera<sup>2</sup>.

*BD 2.229]*

<sup>1</sup> eis est. CPHD; est. eis M

<sup>2</sup> et cet. CRPBDM; om. H

**305**

*Ut nomen pape in ecclesiis sanctis recitetur<sup>1</sup>. Ex concilio Vasensi<sup>2</sup>, cap. 3<sup>3</sup>*

Et hoc iustum visum est nobis, ut nomen domini pape quicumque sedi apostolice prefuerit in nostris<sup>4</sup> ecclesiis recitetur.

*(Vasense I, c. 2). BD 2.230]*

<sup>1</sup> sanctis recitetur (-te- ss P) CPM; rec. sanct. D

<sup>2</sup> II add. M

<sup>3</sup> 3 CVBD; ? P; 4 M

<sup>4</sup> nostris CPBD; vestris [nostris] M

**306**

*Ut presbiter aut diaconus qui canonicus non est sed in villis habitat nusquam summas festivitates celebrent<sup>1</sup> nisi in civitatibus.<sup>2</sup> Ex concilio Arvernensi<sup>3</sup>, cap. 9<sup>4</sup>*

Si quis presbiter aut diaconus, qui non in civitate canonicus esse dignoscitur, sed in villis habitans in oratoriis officio sancto deserviens, celebrat divina miteria, festivitates precipuas, Domini Natalem, Pascha, Pentecosten, et si que principales sunt festivitates reliqua, dehinc ne faciat commonemus, et nusquam alibi, nisi cum episcopo suo in civitate festivitates supradictas celebret. Quicumque sunt cives laici natu maiores, pari modo in urbibus ad pontifices suos in predictis festivitatibus veniant, et ibi divina mysteria celebriter audiant. Quod si qui improba temeritate hec contempserint, a communione pellantur.

*BD 2.231]*

<sup>1</sup> celebrent CP; om. D

<sup>2</sup> Ut presbiter - civitatibus CPD; Ut presbyteri et diaconi in villis habitantes summas festivitates in civitatibus celebrent M

<sup>3</sup> corr. fr. Av- D

<sup>4</sup> 9 CPD; 14 M

**307**

*Ut presbiteris potestas predicandi in suis pleibus concedatur. Ex concilio Vasensi<sup>1</sup>, cap. 6<sup>2</sup>*

Hoc etiam pro edificatione omnium ecclesiarum, et pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum faciendi daremus presbiteris potestatem, ita ut si presbiter aliqua infirmitate

<sup>1</sup> II add. M

<sup>2</sup> 6 CPBD; 2 M

prohibente per seipsum non potuerit predicare, sanctorum patrum homilie a diaconibus probatis<sup>3</sup> recitentur.  
(verius III, c. 2). BD 2.232]

<sup>3</sup> [prob. deest in orig.] add. Fr

### 308

*De clericis qui in rixa interficiuntur<sup>1</sup>. Ex concilio Triburiensi, cap. 50, cui Arnulfus rex interfuit<sup>2</sup>*

Quicumque clericus aut in bello, aut in rixa, aut gentilium ludis mortuus fuerit, neque oblatione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis. Sepultura tantum<sup>3</sup> non privetur.

BD 2.233] Ctp 3.10.17 (23, q. 8, cap. Quicunque clericus.)

<sup>1</sup> in rixa int. CPM; int. in rixa D

<sup>2</sup> Arn. rex interf. CPHD; interf. Arn. rex RLM

<sup>3</sup> tantum CP; tamen DM

### 309

*De presbiteris qui crimine capitali<sup>1</sup> accusantur et collegas quibus se excusare possint non habent<sup>2</sup>. Ex eodem concilio, cui interfuit Arnulfus rex<sup>3</sup>, cap. 6*

De presbiteris qui<sup>4</sup> crimine fornicationis sive aliquo capitali flagitio accusantur, et non habent collegas cum quibus se excusare<sup>5</sup> possint, aut si forte lapsi fuerint, quomodo satisfaciant. In quorum iudicio neque ad dexteram neque ad sinistram declinandum est, sed recta via gradiendum. In concilio namque Neocesariensi capitulo primo scriptum est, Presbiter si uxorem acceperit, deponatur ab ordine; si vero fornicatus fuerit aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, et ad penitentiam redigi.

(Annectitur conc. Arvern.). BD 2.236] (Dist. 28, c. Presbyter.)

<sup>1</sup> crim. cap. CPBD; cap. crim. M

<sup>2</sup> accusantur - habent CPBD; accusati excusare se non possunt M

<sup>3</sup> cui - rex CPBD; om. M

<sup>4</sup> de add. Fr, om. CPDM

<sup>5</sup> [al. expurgare] add. Fr

### 310

*Ut viri<sup>1</sup> veraces et Deum timentes in civitatibus et<sup>2</sup> publicis<sup>3</sup> vicis constituantur. Ex concilio Rothomagensi, cap. 9*

Ut populus admoneatur ut in dominicis et festis diebus omnes ad vesperas et nocturnas vigilias, et ad missam omnimodo occurrant, et ut decani in civitatibus et in vicis publicis viri veraces et Deum timentes constituantur, qui desides et negligentes commoneant, ut ad Dei servitium absque occasione properent, et ut ipsi decani sacramento astringantur, ut nulla interveniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes et transgressores reticeant, quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent. Sacerdotum autem erit ita eorum

<sup>1</sup> repeated and canc. D

<sup>2</sup> in add. D, om. CPM

<sup>3</sup> publicis CPD; om. M

vitia zelo et amore divino cum debita disciplina corrigere, sicut ipsi nolunt pro aliorum erratis sententiam iuste dampnationis suscipere. Et ut dies festi a vespero usque ad vesperam absque opere servili cum debito honore celebrentur.

*BD 2.239/*

### 311

*'De septima sinodo<sup>2</sup>, cap. 15*

Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus ecclesiis. Negotiationis enim est hoc et turpis commodi proprium, et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audivimus enim ex ipsa dominica voce, quia, nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit et alterum diligit, aut unum sustinebit<sup>3</sup> et alterum contempnet. Unusquisque enim secundum apostolicam vocem quo vocatus est, in hoc debet manere, et in una locari ecclesia. Que enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt a Deo; ad vite vero huius necessitatem studia sunt diversa. Ex eis ergo qui voluerit acquirat corporis opportuna. Ait enim apostolus, Ad ea que mihi opus erant, et his qui mecum sunt ministraverunt manus iste. Et hec quidem in hac servanda urbe. Ceterum in villis que foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

*Ctp 2.12.12/*

<sup>1</sup> Ne aliquis clericorum in duabus Ecclesiis facile connumeretur *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> De sept. syn. CPD; 7 synodi M

<sup>3</sup> et alterum - sustinebit *in mg.* D

### 312

*Ante discussionem non esse suscipiendos accusatores. Anacletus in tertio decretali<sup>1</sup>*

Si<sup>2</sup> qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a iudicibus ecclesie audiri, antequam eorum discutiatur estimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia vel odio, vel cupiditate ista presumpserint.<sup>3</sup>

(Evaristus ep. 2, ante medium). *Ctp 1.3.4/ IP 4.59; (2, q. 7, c. Si qui sunt vituperatores).*

<sup>1</sup> suo *add.* DM, *om.* CPH. *insc. before rubr.* D

<sup>2</sup> Si CRPBDM; Hi H

<sup>3</sup> Et paulo post *add.* PVB, *nec ne add.* Fr, *om.* CDHM

### 312A (PVB)

*De vitanda precipiti sententia. Eiusdem*

Deus omnipotens ut nos a precipitante sententie<sup>1</sup> prolatione compesceret, cum omnia<sup>2</sup> nuda et aperta sint<sup>3</sup> oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita iudicare, priusquam manifeste agnosceret que dicebantur. Unde ipse ait, Descendam et videbo utrum clamorem qui venit ad me opere compleverint an non est ita ut sciam. Deus omnipotens cui nichil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt etiam antequam fiant, non ob aliud hec et alia multa que hic prolixitatem uitantes non inseruimus per

<sup>1</sup> ss V

<sup>2</sup> corr. fr. omni V

<sup>3</sup> sint PV; sunt B

se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret ne precipites in discutiendis et iudicandis negotiis essemus.

*Ctp 1.3.5] IP 4.116a; C 2 q 1 c 20a*

### 313

*Clericos non esse accusandos<sup>1</sup> a laicis. Telesphorus papa in primo decretali suo omnibus episcopis<sup>2</sup>*

<sup>3</sup>Sicut laici seculares homines nolunt clericos recipere in accusationibus et infamacionibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in pulsationibus suis, quoniam in omnibus discreta debet semper esse et segregata vita, et conversatio clericorum ac<sup>4</sup> secularium laicorum.

*(cap. I). Ctp 1.6.2]*

<sup>1</sup> esse acc. CPM; acc. esse D

<sup>2</sup> omn. epp. CRPBDM; om. H

<sup>3</sup> *text of this cap. and rubric. of next in mg. V<sup>2</sup>*

<sup>4</sup> ac PVBDM; a CR

### 314

*Vulgus non<sup>1</sup> recipiendum in accusatione sacerdotum. Paulo post<sup>2</sup>*

Sacerdotes qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt<sup>3</sup> obediendi<sup>4</sup> et timendi, non dilacerandi aut detrahendi, quia a quibus se Domini populus benedici, salvari et instrui cupit, nullatenus eos debet arguere, nec vulgus in eorum accusationem suscipi. Populus enim ab eis docendus est et corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus supra magistrum<sup>5</sup>. Dei ergo ordinationenem accusat, qui eos qui ab eo constituuntur sacerdotes accusat vel dampnare cupit.

*(in eodem decretali cap. 2). Ctp 1.6.5] (6, q. 1, cap Sacerdotes.)*

<sup>1</sup> esse add. M, om. CPBD

<sup>2</sup> Paulo post PB; om. CHD; Et paulo post VD<sup>2</sup>; Paulo post in eodem decretali M

<sup>3</sup> sunt CPM; om. D

<sup>4</sup> [forte obaudiendi] add. M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> (Post pauca.) add. Fr

### 315

*Et<sup>1</sup> post pauca<sup>2</sup>. Accusatori non esse credendum qui absentem accusat<sup>3</sup>*

Accusatores et accusationes quas leges seculi non admittunt et nos submovemus, et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente adversario causam suggestit ante utriusque partis iustum discussionem. Nec hi qui non sunt idonei suscipiantur ad accusationem, et omnes qui adversus pat res, id est sacerdotes<sup>4</sup> armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes, id est sacerdotes, venerandi sunt, non respuendi, aut accusandi vel insidiandi.

*(cap. 4). Ctp 1.6.6]*

<sup>1</sup> Et CPB; Ibidem M

<sup>2</sup> Et post pauca *as rubr.* CP, *as text* H; Ibidem post pauca *after rubric* M, om. BD

<sup>3</sup> Accus. – acc. om. H

<sup>4</sup> [id est, sacerd. abest ab orig.] add. Fr

**315A (PVB)**

*Sacrilegium esse<sup>1</sup> sacerdotes persequi. Pius papa in primo decretali suo<sup>2</sup>*

Sicut qui ecclesiam Dei vastat eiusque predia et donaria expoliat et invadit fit sacrilegus, sic et ille qui eius sacerdotes insequitur sacrilegii reus existit et sacrilegus iudicatur. Et sicut peccatum quod in Deum committitur gravius est quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere quam fornicari.

*Ctp 1.8.4] cf above 5.243b, below partially in 13.39 (C 17 q 4 c 12)*

<sup>1</sup> in add V

<sup>2</sup> Pius - suo PV; om. B

**315B (PVB)**

*Insidiatores curie tradendos*

Si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut ei insidias paraverit aut contumeliam aut calumniam, et convinci potuerit, mox curie tradatur et recipiat quod inique gessit.

*Ctp 1.8.5] cf 5.243c above (C 11 q 1 c 18)*

**316**

*Ecclesiis Gallie<sup>1</sup>. Finitiva tantum clericorum iudicia<sup>2</sup>, deferenda ad apostolicam sedem<sup>3</sup>. Eleutherus papa duodecimo loco succedens<sup>4</sup> Petro apostolo<sup>5</sup> in primo decretali suo<sup>6</sup>*

De accusationibus ergo clericorum de quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferri, finitiva episcoporum tantum<sup>7</sup> iudicia huc deferantur, et huius sancte sedis<sup>8</sup> auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut preponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Quoniam, quamvis liceat apud provinciales et metropolitanos<sup>9</sup> atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam predictum est. Reliquorum vero<sup>10</sup> clericorum<sup>11</sup> apud provinciales et metropolitanos et primates et<sup>12</sup> ventilare et iuste finire licet. Iudicantem tamen oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac<sup>13</sup> proponendi adiciendique prebita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata<sup>14</sup> sit pleniter.

(epistole sue, c. 2). Ctp 1.11.1] IP 4.119 Iudicantem - pleniter, 4.136 De accusationibus - iuste finire liceat (3. q. 6, c. Quamvis.)

<sup>1</sup> after decretali suo DM; here CPB

<sup>2</sup> cler. iud. CPM; iud. cler. D

<sup>3</sup> Fin. - sedem CPDM; om. BH

<sup>4</sup> a add. D, om. CPM

<sup>5</sup> ap. CPBD; om. M

<sup>6</sup> El. - suo as insc. PM; in text CBDH

<sup>7</sup> ep. tantum CPB; tantum (tamen D?) ep. DM

<sup>8</sup> et (ut Fr) huius sancte sedis CPDM; et huius sedis B

<sup>9</sup> prov. et met. CPM; met. et prov. D

<sup>10</sup> sacerdotum vel add. D, om. CPM

<sup>11</sup> causas add. M, om. CPBD

<sup>12</sup> et CPBD; om. M

<sup>13</sup> ac CPM; aut D

<sup>14</sup> limitata CPBFr; imitata DM; liminata H

## 317

*Non esse iudicandum donec utrinque sit peroratum<sup>1</sup>*

Nec litigantibus iudex prius sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant<sup>2</sup> in questione quod proponant, et tamdiu<sup>3</sup> actio ventiletur quoisque ad rei veritatem perveniat. Frequenter interrogari<sup>4</sup> oportet, ne aliquid pretermissum forte remaneat, quod adnecti conveniat. Inducie enim non modice ad inquirendum dande sunt<sup>5</sup>, ne aliquid prepropere agi a quacumque parte videatur, quia per subreptionem<sup>6</sup> multa proveniunt. Nihil tamen absque legitimo et idoneo accusatore<sup>7</sup> fiat. Nam et Dominus noster Iesus Christus Iudam esse sciebat furem<sup>8</sup>, sed quia non est accusatus, ideo non est electus; et quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii, ratum mansit. Nam, si leges seculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiastice regule? Docent enim terrestria et humana que sunt<sup>9</sup> ecclesiastica atque celestia<sup>10</sup>. De accusatoribus vero comprovincialibus ita legitur esse statutum.<sup>11</sup>

(consequente). Ctp 1.11.2] IP 4.103 from Inducie - proveniunt , 4.104 from Litigantibus - conveniat , cf 4.115 from Dominus noster - permanxit , IP 4.119b has rubric, IP 4.119A has text from Nec litigantibus - conveniat (3, q. 3, *Inducie non mod.*) (2, q. 1, c. *Nihil contra.*)

<sup>1</sup> Non - per. CPD; om. with no break BH; Non - per. Ibidem M

<sup>2</sup> corr. fr. -eat P

<sup>3</sup> after corr. P

<sup>4</sup> -ari CPBD; -are M

<sup>5</sup> ad inq. dande sunt CPM; dande sunt ad inq. D

<sup>6</sup> subr- CPM; prer- D

<sup>7</sup> accusatore CPM; auctore D

<sup>8</sup> sc. fur. CPBD; fur. sc. M

<sup>9</sup> sunt CPB; D?; sint M

<sup>10</sup> eccl. atque cel. CPM; cel. atque eccl. D

<sup>11</sup> De accusatoribus - statutum as first sentence of c 318 M; here CPVBD, B running cc 317-8 together

## 318

*Intra provinciam exerendas pulsati actiones<sup>1</sup>*

<sup>2</sup>Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones, nec estimet eum alibi aut longius ad iudicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

(cap. 3, et in epist. 1 Felicis I). Ctp 1.11.3] (3, q. 6, c. *Si quis clericus.*)

<sup>1</sup> Intra prov. exerendas (exercendi D) puls. act. CPD; om. BH with no break; Intra prov. exercendas puls. act. Idem M

<sup>2</sup> M adds last sentence of c 317 here.

## 319

*Non esse iudicandum de absente<sup>1</sup>*

Caveant etiam iudices ecclesie, ne absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita erit, imo et causam in sinodo pro facto dabunt.

<sup>1</sup> Non - abs. CPD; om. BH; Non - abs. Idem add. M

Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest<sup>2</sup> cognoscere, quam ille qui iniuriam eiusque<sup>3</sup> sustinuit nequitiam.  
(ex conc. Carth. IV, c. 30). Ctp 1.11.4] IP 4.87-8a (3, q. 9, c. Caveant iudices.)

<sup>2</sup> potest CPM; debet D

<sup>3</sup> tulit calumpniam vel add. D, om. CPHM

### 320

*Quod laici non debent<sup>1</sup> clericos accusare. Fabianus in secundo decretali<sup>2</sup> orientalibus episcopis<sup>3</sup>*

Sicut sacerdotes vel reliqui clerici<sup>4</sup> a secularium laicorum<sup>5</sup> excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi et alienandi criminatione. Et, sicut isti ab illis, ita et illi ab ipsis non recipiantur; quoniam, sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conversatio ab eorum<sup>6</sup>, ita et litigatio; quia servum Dei non oportet litigare.<sup>7</sup> Hec ideo presumpsimus<sup>8</sup> ut cognoscatur ab his quibus incognitum est, quia et sacerdotes quos sibi Dominus de omnibus ascivit, et suos esse voluit, non sunt leviter tractandi, nec lacerandi, vel<sup>9</sup> temere accusandi, aut reprehendendi, nisi a magistris suis; quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, et suo iudicio iudicari<sup>10</sup>.  
(cap. 2). Ctp 1.18.5] IP 4.61 to litigare (2, q. 7, c. Sicut sacerdotes.)

<sup>1</sup> -ent CPBD; -eant M

<sup>2</sup> suo add. DM, om. CPH

<sup>3</sup> Fab. - ep. CPDHM; om. B

<sup>4</sup> rel. cl. CPBD; cl. rel. M

<sup>5</sup> laicorum CPDM; om. Fr

<sup>6</sup> conv. ab eorum CVBDM; conversatione ab eorum P; ab eorum conv. Fr

<sup>7</sup> (Post pauca) add. Fr

<sup>8</sup> presumpsimus CPBDM; premisimus Fr

<sup>9</sup> vel CPBDM; nec Fr

<sup>10</sup> [vindicari] add. Fr

### 1321

*Item<sup>2</sup>. De ordine cause et numero personarum<sup>3</sup>*

Nullus unquam presumat accusator simul esse et iudex, et testis; quoniam in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est iudices electos, et accusatores, ac defensores, atque testes<sup>4</sup>. Similiter statuentes apostolica auctoritate iubemus ne pastorem suum oves que ei commisso fuerant<sup>5</sup>, nisi in fide erraverit, reprehendere audeant; quia facta prepositorum oris gladio ferienda non sunt, neque potest esse discipulus super magistrum.  
(ibidem non ita procul a fine). Ctp 1.18.6] cf IP 4.81a (var.) (4, q. 4, c. Nullus unquam.)

<sup>1</sup> H to defensores et testes only

<sup>2</sup> after personarum M

<sup>3</sup> De - pers. CPDM; om. B

<sup>4</sup> ac def. atque test. CRPDM; et def. atque test. B; atque def. et test. H (which ends c. here)

<sup>5</sup> -ant CPBD; -int M

**322**

*Item. Non esse contreundum<sup>1</sup> auctoritati<sup>2</sup>*

Qui vero<sup>3</sup> omnipotentem Deum metuit, nec contra evangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta agere aliquid<sup>4</sup> ullo modo consentit.

(*Ibidem paulo post*) Ctp 1.18.7] (11, q. 3, c. *Qui omnip.*)

<sup>1</sup> contraeundum CP; contrahendum D; contradicendum M

<sup>2</sup> Item - auct. CPDM; om. B; Item - auct. Ibidem Fr

<sup>3</sup> vero CPBD; om. M

<sup>4</sup> ag. al. CPBD; al. ag. M

**323**

*De pulsatis<sup>1</sup>. Idem in tertio decretali<sup>2</sup>*

Pulsatus ante suum iudicem<sup>3</sup> causam dicat, et non ante<sup>4</sup> suum iudicem<sup>5</sup> pulsatus si voluerit taceat, et ut pulsatis quotiens appellaverint<sup>6</sup> inducie dentur. (*ad Hilarium episc., c. 3*). Ctp 1.18.10] IP 4.123a ([C 3] q. 6, c. *Pulsatus*.)

<sup>1</sup> ubi respondere debeant, ubi non add. M

<sup>2</sup> suo add. DM, om. CPB

<sup>3</sup> suum iud. CPBD; iud. suum M

<sup>4</sup> non ante CPD; ante non M

<sup>5</sup> causam dicat – iudicem ss V

<sup>6</sup> -erint CPM; -erit D

**324**

*De convictiis<sup>1</sup>*

Si quis ergo iratus crimen aliquod cuiilibet temere obiecerit<sup>2</sup>, convictionem non est pro accusatione habendum sed permissio tractandi spatio id quod iratus dixit per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si fortasse<sup>3</sup> resipiscens que pro iracundia dixit iterare aut scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur<sup>4</sup>. Omnis ergo qui crimen obicit<sup>5</sup>, scribat se probaturum. Revera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur<sup>6</sup>. <sup>7</sup>Et qui non probaverit quod obiecit, penam quam intulerit, ipse patiatur. (*ibidem, paulo post*). Ctp 1.18.11-12] (2, q. 3, c. *de peniten., dis. I, ca. Si quis iratus.*) IP 4.74-5 (C 3, q. 6, c. *Qui crimen.*)

<sup>1</sup> De conv. CPH; om. BD; De conv. pro accusatione non habendis. Idem M

<sup>2</sup> tem. ob. CPM; obie<ce>rit tem. D

<sup>3</sup> fortasse CPD; forte M

<sup>4</sup> De talione *add. in mg. P*

<sup>5</sup> obic- CPM; obiec- D

<sup>6</sup> adm- CPM; comm- D

<sup>7</sup> De talione *as rubr. in text add. C, in mg. P*

**325**

*De alieno iudicio. Cornelius papa in secundo decretali suo<sup>1</sup> Rufo episcopo<sup>2</sup>*

Nullus sacerdotum causam suam alieno committat<sup>3</sup> iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum; sed unusquisque provinciales iudices et notos habeat,

<sup>1</sup> suo CDHM; om. PV

<sup>2</sup> Corn. - ep. CPDM; om. B

<sup>3</sup> al. comm. CPM; comm. al. D

nisi aliquam vim temerarie multitudinis illic tumuerit; aut infestos vel suspectos inibi iudices habuerit; pro quibus causis ad maioris auctoritatis iudices, et ad alias provincias appellare et venire concessum est. Omnia ergo que adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino vacuentur; quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex dampnat.

(cap. 2). Ctp 1.19.2-3] (3, q. 9, c. *Omnia que.*)

### 326

*'Episcopis tam Gallis quam Hispanis<sup>2</sup>. Sententiam cassam in absentem<sup>3</sup>. Quod qui crima intendunt per se accusare debeant<sup>4</sup>*

Lucius papa vigesimus primus a Petro, in primo decretali suo. Constitui placuit ut criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et irreprehensibles apparuerint, et actis docuerint publicis omni se carere suspicione, atque inimicitia et irreprehensibilem fidem ac conversationem ducere. Unde placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos ubi maior est auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur.

(cap. 2). Ctp 1.20.1] for end see above 3.140a (2, q. 7, c. *Criminationes.*) (2, q. 6, c. *Placuit ut.*)

<sup>1</sup> Omnibus add. M

<sup>2</sup> Gallis - Hispanis CPB; Galliae - Hispaniae M. Ep. - Hisp. here in CP, at end of insc. D?M

<sup>3</sup> Sent. cassam (Sententie causa D) - absentem CPD; om. VBHM

<sup>4</sup> Quod - debeant in mg. P, in text CVM, om. BH, obscured in D

### 327

*Que<sup>1</sup> accusationes recipi non debeant. Stephanus papa<sup>2</sup> in secundo decretali omnibus episcopis<sup>3</sup>*

Accusatores et<sup>4</sup> accusationes quas seculi leges non recipiunt, et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submovemus. Nullus enim alienigena aut accusator eorum fiat, aut iudex. Item.<sup>5</sup> Repellantur habitantes cum inimicis et omnes laici quia infestationem blasphemie affectio amicitie<sup>6</sup> incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi<sup>7</sup> accusatione, qui vos in sua nolunt recipere infamacione. Nullus enim anathema suscipiatur<sup>8</sup> nec a quoquam credantur que ab eis vel dicuntur vel conscribuntur<sup>9</sup>. Eos dico anathematizatos esse, quos episcopi sui<sup>10</sup> scriptis anathematizaverunt aut eorum statuta anathematizant.

(cap. 3). Ctp 1.21.4] IP 4.79 from Nullus alien. - aut iudex, IP 4.62 from repellantur - infamacione, IP 4.71 from Nullus anathema to end; (3, q. 5, c. *Accusatores.*) (3, q. 4, c. *Nullus anathem.*)

<sup>1</sup> Que CPHM; Quod D

<sup>2</sup> I add. M

<sup>3</sup> omn. epp. CPH; obscured D; suo M. Steph. - epp. om. B

<sup>4</sup> et CPD?HM; vel B

<sup>5</sup> (Idem supra, c. 315.) add. Fr

<sup>6</sup> amic- CPB; inimic- DM

<sup>7</sup> sunt susc. CPB; susc. sunt DM

<sup>8</sup> an. susc. CPB?D; anathematizatos suscipiat M

<sup>9</sup> conscrib- CPM; scrib- D

<sup>10</sup> sui CPBDM; suis Fr

**1328**

*Quod per scriptum tantum<sup>2</sup> nullus sit accusandus<sup>3</sup>*

Per scripta enim nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce, si legitima et condigna accusatoris persona fuerit, presente videlicet eo quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare.

(cap. 4). Ctp 1.21.5] cf above 5.293a; IP 4.53 (2, q. 8, c. Per scripta.)

<sup>1</sup> H *to accusare desiderat only*

<sup>2</sup> tantum CPDM; om. Fr

<sup>3</sup> Idem add. M; Quod - acc. CPD; om. with no break BH

**329**

*Paterno coepiscopo<sup>1</sup>. De incertis iudiciis<sup>2</sup>*

Felix papa XXV<sup>3</sup> a Petro, in primo decretali suo. In re dubia certa non iudicetur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur. Si quis super qui buslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerat<sup>4</sup> actiones, nec estimet eum accusator alibi aut longius pertrahendum ad iudicium. **330.** <sup>5</sup> Ille vero qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat<sup>6</sup> appellare primates.

(Proxime post. Idem supra habetur, c. 318.) Ctp 1.24.1-2] cf above 5.267

<sup>1</sup> Pat. coop. *after iudiciis* D, *after* decretali suo M

<sup>2</sup> De inc. iud. CPDM; om. B

<sup>3</sup> XXV CP; XV DM

<sup>4</sup> [al. exerceat] add. Fr

<sup>5</sup> No break CPB; Ubi facienda sit discussio add. D; De appellatione eius qui iudices suspectos habet.

Idem add. M

<sup>6</sup> -eat CPD; -et M

**331**

*Idem episcopis Gallie<sup>2</sup> in secundo decretali<sup>3</sup>. Que accusationes non sunt admittende<sup>4</sup>*

Infamis enim persona nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario non<sup>5</sup> audiatur accusator, nec sententia absente parte alia a iudice dicta ullam obtinebit firmitatem. Neque<sup>6</sup> absens per alium accusare aut accusari potest, nec affinis testis admittatur. Neminem ergo exhiberi de provincia<sup>7</sup> ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis ad quem fuerit appellatum, id est ut auctor<sup>8</sup> semper rei<sup>9</sup> forum sequatur. Si quis autem iudicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Peregrina vero iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis<sup>10</sup> iudicetur, qui comprovinciales et a se electos debet habere iudices.

<sup>1</sup> Ubi facienda sit discussio add. P; Item de eodem add. M; om. CBD

<sup>2</sup> Gallie CPM; om. D

<sup>3</sup> suo add. DM, om. CPB

<sup>4</sup> Que acc. - sunt (sint CD) admitt. CPBD (BDH before Idem); Et quae acc. non sint recipienda M before Idem

<sup>5</sup> non CPM; nec D

<sup>6</sup> lacuna follows C

<sup>7</sup> de prov. in mg. P

<sup>8</sup> auct- CPBD; act- M

<sup>9</sup> semper rei CPM; rei semper D

<sup>10</sup> corr. fr. extremis P

*Ctp 1.24.7] cf above 5.248d; IP 4.78 to cognitor (3, q. 7, c. Infamis.) (3, q. 9, c. Absente.) (3, q. 6, c. Peregrina.)*

## 332

*De<sup>1</sup> vinculo inscriptionis*

Eutichianus<sup>2</sup> episcopis per Siciliam. Accusationis ordinem talem et didicimus<sup>3</sup>, et servari iubemus, id est si quis clericorum in crimen impetratur, non statim reus estimetur qui accusari potuit, ne subiectam<sup>4</sup> innocentiam faciamus. Sed quisquis<sup>5</sup> ille est qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis estimatione potiatur<sup>6</sup>. Nec fore sibi noverit<sup>7</sup> licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

(epist. 2, c. 2). *Ctp 1.25.1a] IP 4.76 (2, q. 8, c. Quisquis.)*

<sup>1</sup> ordine accusationis et add. M

<sup>2</sup> Eut- CHM; Eeut- P; Lut- V; Aut- B; Lu.... D; papa add. M, om. CPBD?

<sup>3</sup> didic- CPM; dic- D

<sup>4</sup> subiectam CPBD; suspectam M

<sup>5</sup> quisquis CPM; si quis D

<sup>6</sup> [patiatur, ne forte, orig.] add. Fr

<sup>7</sup> Nec (corr. fr. Ne P) fore sibi nov. CPV; Nec forte sibi nov. B; ? D; Nec fore nov. sibi M

## 333

*Qui non sint admittendi ad accusationem<sup>1</sup>*

Heretici enim<sup>2</sup> omnes, et suspecti, et excommunicati, homicide quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptore, benefici, adulteri, et qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad<sup>3</sup> sortilegos magosque concurrerint<sup>4</sup>, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. Nulli infami unquam atque<sup>5</sup> sacrilego de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum<sup>6</sup>, quamvis humilis servilisque persona sit, testimonium dicere<sup>7</sup>, nec de qualibet ratione vel inscriptione Christianum impetrare.

(Proxime post) *Ctp 1.25.1b] IP 4.92 from Nulli unquam infami; C 3 q 4 c 11 as IP*

<sup>1</sup> As here CDM (M adding Idem); Qui - accus. at foot of leaf, with no break P; no rubr., no break VBL

<sup>2</sup> enim CPBD; om. M

<sup>3</sup> ad CPB; om. DM

<sup>4</sup> concurrerint CPB; occurrerint D; consuluerint M, [ad sortilegos magosque concurrerint] add. M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> atque CPB; aut DM

<sup>6</sup> rel. Chr. CPM; Chr. rel. D

<sup>7</sup> dicere CPM; dare D?

## 334

*Sub quot testibus cuiusque ordinis accusatio fieri debeat. Ex sinodalibus gestis  
Silvestri pape<sup>1</sup>*

Presbiter autem cardinalis nisi in quadraginta quatuor testibus non dampnabitur. Diaconus cardinalius<sup>2</sup> constitutus urbis Rome, nisi in XXXVI non condempnabitur. Subdiaconus, acolitus, exorcista, lector, ostiarius<sup>3</sup> nisi sicut

<sup>1</sup> Sub - pape CPDHM; om. B

<sup>2</sup> -arius CPBD; -alis M

<sup>3</sup> non add. ss C<sup>2</sup>

scriptum est in sex<sup>4</sup> testibus<sup>5</sup> condemnabitur. Testes autem et accusatores sine aliqua sint<sup>6</sup> infamia, uxores, et filios habentes, et omnino Christum predicantes<sup>7</sup>. Testimonium clerici adversus laicum nemo recipiat<sup>8</sup>. Nemo enim clericum quemlibet<sup>9</sup> in publico<sup>10</sup> examinare presumat, nisi in ecclesia. Nemo enim clericus vel<sup>11</sup> diaconus aut presbiter propter quamlibet<sup>12</sup> causam intret in curiam, nec ante iudicem<sup>13</sup> cinctum causam dicere presumat, quoniam omnis curia, a cruce dicitur et immolatione simulacrorum. Et si quis clericus accusans clericum in curiam introierit, anathema suscipiat.

*Ctp 1.31B] cf above 5.264, IP 4.91*

<sup>4</sup> sex CPBDH; septem M

<sup>5</sup> non add. M, om. CPBD

<sup>6</sup> sint CPM; om. D

<sup>7</sup> predicantes CPBD; timentes [praedicantes] M

<sup>8</sup> rec- CPM; susc- D

<sup>9</sup> after examinare D

<sup>10</sup> aut add. D, om. CPM

<sup>11</sup> vel CPM; aut D

<sup>12</sup> quam- PVDM; queml- CB

<sup>13</sup> quemquam add. D, om. CPM

### 335

*Anastasio et Egipciis<sup>1</sup>. De petendis induciis, cap. 14*

Felix papa in primo decretali suo. Cum ad iudicium venerit quis<sup>2</sup>, si voluerit et necesse fuerit, inducie ei petenti a patribus constitute absque impedimento concedantur, et iudices a se electi tribuantur.

*Ctp 1.33.1a] IP 4.98*

*Qui timet locum tutum sibi eligat<sup>3</sup>*

Ut in loco unde est ille qui accusatur, aut<sup>4</sup>, si ibi aliquam temerarie multitudinis vim<sup>4</sup> metuerit, locum sibi congruum eligat quod<sup>5</sup> absque timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, et absque impedimento suam canonice sententiam finire<sup>6</sup> valeat, quia multa per subreptionem evenire solent.

(*Felix II, ep. 1, c. 8*). *Ctp 1.33.1b] IP 4.99*

<sup>1</sup> An. et Eg. here CPBDH, after decr. suo M; Athanasio Alexandrino episcopo et c' add in mg. H<sup>2</sup>

<sup>2</sup> ven. quis CPBD; quis ven. M

<sup>3</sup> Qui timet - eligat CRP (CR in mg.); om. with no break, BDM

<sup>4</sup> before temerarie D

<sup>5</sup> sibi congruum eligat quod CPBD; eligat sibi congruum quo M

<sup>6</sup> sent. fin. CPM; fin. sent. D

### 336

*De differentia ecclesiastice et secularis cause, cap. 17. Item<sup>1</sup>*

Non ita in ecclesiasticis agendum<sup>2</sup> negotiis est, sicut in secularibus. Nam in secularibus, postquam<sup>3</sup> legibus vocatus<sup>4</sup> venerit<sup>5</sup>, et in foro decertare cepерit aliquis,

<sup>1</sup> cap. 17. Item (Idem H) CPBH; cap. 17 D; Idem cap. 17 M

<sup>2</sup> in eccl. ag. CPHM; ag. in eccl. D

<sup>3</sup> postquam CPM; priusquam D

<sup>4</sup> leg. voc. CPM; voc. leg. D

<sup>5</sup> ven. CPDM; fuerit B; quis venerit Fr

non licet ante peractam causam recedere<sup>6</sup>. In ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet, si necesse fuerit, aut si se pregravari viderit<sup>7</sup>.  
*(Eutych. pap., epist. 2, episcopis per Siciliam). Ctp 1.33.2 IP 4.100; (2, q. 6, c. Non ita.)*

<sup>6</sup> causam rec. CPM; rec. causam D  
<sup>7</sup> -erit CVBDLHM; -eri P

### 337

*Ex epistola decretali. De non commiscendis<sup>1</sup> personis cause<sup>2</sup>*  
 Damasus papa Stephano archiepiscopo Mauritanie<sup>3</sup> salutem<sup>4</sup>. Nullus introducatur personaliter ad causam, sed accusatores et accusati equa auditantur ratione, iuxta quod<sup>5</sup> ordo exigit. Accusatores vero et iudices non idem sint<sup>6</sup>, sed per se accusatores, per se iudices<sup>7</sup>, per se testes, per se accusati<sup>8</sup>, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et seculi leges hec<sup>9</sup> retineant.  
*(ep. 4, c. 7). cf 4L 4.63; Ctp 1.35.1 IP 4.80 from Accusatores et iudices - ordin. loco, IP 4.77, Inscriptio - end; (4, q. 4, c. Nullus introducatur.)*

<sup>1</sup> comm- CP; perm- M

<sup>2</sup> Ex ep. dec. De - causae CPV; Ex ep. decr. BH; De - cause. Ex - dec. D; De non - causae. Ex ep. dec. Damasi papae ad Steph. arch. Maur. M

<sup>3</sup> Dam. - Maur. *as inscr.* M

<sup>4</sup> sal. CPBD; *om.* M

<sup>5</sup> gestorum *add.* Fr, *om.* CPBDM

<sup>6</sup> sint CPM; sunt D

<sup>7</sup> per se iud. CPM; iud. per se D

<sup>8</sup> *after corr.* P

<sup>9</sup> hec CPBM; hoc D; hec eadem Fr

### 338

*Epistola Bonefacii pape ad episcopos Gallie de Maximo episcopo diversis criminibus accusato<sup>1</sup>, cap. 1*

Bonefacius episcopis Gallie<sup>2</sup>. Decrevimus vestram debere intra provinciam esse iudicium, et congregare<sup>3</sup> sinodum ante diem Kalendarum Novembrum, ut, si adesse voluerit, Maximus presens, si confidit, ad obiecta respondeat<sup>4</sup>. Si vero adesse neglexerit, dilationem sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum<sup>5</sup> de crimine, qui indulto et totiens delegato iudicio, purgandi se occasione non utitur.

*(Bonif. I, ep. 2). Ctp 1.40.1] cf above 5.271; IP 4.105 as ID 5.271; (3, q. 9, c. Decernimus.)*

<sup>1</sup> Ep. - Galliae de - accusato CPBD; De Max. ep. Ep. (Ex ep. Fr) Bon. - Galliae M

<sup>2</sup> Bon. ep. Gall. *om.* H

<sup>3</sup> -are CPDM; -ari Fr

<sup>4</sup> *corr. fr.* -eant P

<sup>5</sup> conf. eum CPM; eum conf. D

**339**

*De abiciendis familiaribus inimicis. Leo episcopus<sup>1</sup> Anatolio episcopo*

Illud sane plurimum mihi<sup>2</sup> displicere significo, quod inter ditionis tue clericos<sup>3</sup> quidam esse dicuntur, qui adversariorum conibeant<sup>4</sup> pravitati, et vesani<sup>5</sup> vasis misericordie vasa misceantur, quibus investigandis et severitate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere, ita ut his quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos evangelici meminisse mandati, quo ab ipsa Veritate precipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a compage corporis auferatur, quia melius sit his in ecclesia<sup>6</sup> carere membris quam cum ipsis in eterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus, si ab his qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali vigore patientia est, que sibimet peccatis aliorum parcendo non parcit.

(epist. 76). Ctp I.43.2] (24, q. 3, c. Illud sane.)

<sup>1</sup> ep. CPBDH; papa M

<sup>2</sup> plur. mihi CPBH; mihi plur. DM

<sup>3</sup> [iurisdictionis tuae clerici] add. M<sup>2</sup>

<sup>4</sup> conibeant CP; conniveant D; convenient M, [conniveant] add. M<sup>2</sup>

<sup>5</sup> vesani CPB; vesaniae M, [irae] add. M<sup>2</sup>

<sup>6</sup> his in eccl. CPM, [saeculo] add. M; in eccl. his D

**340**

*Episcopum accusatum non esse deserendum ante exitum cause<sup>1</sup>. In quinta sinodo  
Simmachi pape*

Nonne directa verba sunt<sup>2</sup> canonum, quicumque clericorum ab episcopo suo ante sententie tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram?

(ex lib. Ennodii, in IV syn.). Ctp I.48.1] (8, q. 4, c. Nonne directa.)

<sup>1</sup> ante exitum causae CPD; a suis ante finem causae M

<sup>2</sup> verba sunt CPDH; sunt verba M

**341**

*In eadem de eodem<sup>1</sup>*

Lex ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum, priusquam sub luce obiecta constiterint, exigit non relinquiri.

(proxime post). Ctp I.48.2]

<sup>1</sup> In - eodem CPD; De eodem in eadem M

**342**

*Natali episcopo Salonitano Gregorius.<sup>1</sup> De invasione alterius archidiaconatus<sup>2</sup>*

Eum qui contra iustitie regulam in archidiaconatum alterius se provehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui si ulterius in loco eodem ministrare presumpserit, se participatione communionis sacre noverit esse privatum.

<sup>1</sup> Nat. ep. Sal. Greg. CRPBD; Greg. Nat. ep. Sal. HM

<sup>2</sup> De - archid. CR(mg.)PD; om. BH; De depositione eius qui archidiaconatum alterius invaserat. M

(lib. II, indict. 10, ep. 14 et 16). Ctp 1.55.62] (7, q. 1, c. Eum qui contra.)

## 343

*Quod nullam vim habeant iniusta iudicia<sup>1</sup> vel incerta. Idem<sup>2</sup> Iohanni defensori<sup>3</sup>, cap. 40<sup>4</sup>*

Quod quidam frater de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condemnatum, diligenter querendum est, primo, si iudicium ordinabiliter est habitum, si alii accusatores<sup>5</sup>, alii testes fuerunt<sup>6</sup>; deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit, si eo presente sub iurejurando contra eum testimonium dictum est, si scriptis actum est, si ipse licentiam respondendi ac<sup>7</sup> defendendi se habuit<sup>8</sup>. Sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter querendum est cuius conditionis, cuiusve opinionis, et ne inopes sint, ne forte aliquas contra prefatum pastorem inimicitias habuissent, utrum testimonium ex auditu dixerint, aut certe specialiter se scire testati sunt, si scriptis iudicatum est, et partibus presentibus sententia recitata est. Quod si forte hec solempniter acta non sunt, neque causa probata est, que exilio vel depositione digna sit, in ecclesiam suam modis omnibus revocetur.

(lib. XI, c. 50, vel epist. 52). Ctp 1.55.79] IP 4.82, cf 4.94 (2, q. 1, c. In primis.)

<sup>1</sup> in. iud. CPHM; iud. in. D

<sup>2</sup> vel incerta. Idem CPD; om. M

<sup>3</sup> Gregorius add. M, om. CPD

<sup>4</sup> cap. 40 CPHM; om. D?

<sup>5</sup> alii acc. ss P

<sup>6</sup> -unt CP; -int DM

<sup>7</sup> ac CPM; aut D

<sup>8</sup> habuit CPM; habuerit D

## 344

*Ut singulis personis singula ecclesie tribuantur officia*

Gregorius omnibus episcopis<sup>1</sup>. Singula ecclesiastici iuris officia, singulis quibusque personis, singulatim debere committi iubemus. Neque enim uni quamlibet exercitate persone uno tempore duarum rerum officia committenda censemus<sup>2</sup>. Quia si totum corpus oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia<sup>3</sup> et robur corporis servat, et pulchritudinem representat, ita varietas personarum nihilominus per officia distributa, et fortitudinem et venustatem sancte Dei ecclesie manifestat. Et sicut indecorum est ut in corpore humano alterutrum membrum alterius fungatur officio, ita nimirum noxiun simulque turpissimum, si singula rerum ministeria, personis totidem non fuerint distributa.

(apud Ioan. diaconum in Vita B. Gregorii, n. 54). Ctp 1.55.80] (Dist. 89, c. Singula ecclesiastici.)

<sup>1</sup> Greg. - epp. as insc. M

<sup>2</sup> comm. cens. CPVB; cens. comm. M

<sup>3</sup> committenda censemus. Quia – officia in mg. P

**344A (CRPVBL)**

*Idem Andree Tarentino episcopo. De incertis iudiciis<sup>1</sup>*

Habuisse te concubinam manifesta veritate comperimus, et te illius criminis participationem habere de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed<sup>2</sup> quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tue conscientie committendum elegimus. Qua de re si in sacro ordine constitutus eius te permixtione recolis<sup>3</sup> maculatum sacerdotii honore deposito ad administrandum nullomodo presumas accedere, sciturus in anime tue periculo ministrare, et Deo nostro te sine dubio reddere rationem, si huius sceleris conscius in eo quo es ordine celans veritatem permanere volueris.

*Ctp 1.55.81] cf above 5.310 (D 33 c 7)*

<sup>1</sup> De inc. iud. CPV; om. B

<sup>2</sup> et add. B, om. CPV

<sup>3</sup> -lis CVB; -li P

**345**

*Ex prima epistola<sup>1</sup> Clementis<sup>2</sup>. Ubi fieri<sup>3</sup> debeant iudicia ecclesiastica<sup>4</sup>*

Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi non iudicentur, sed apud presbiteros ecclesie quicquid illud est dirimatur, et omnimodo obedient statutis eorum.

*(post initium). Ctp 1.1.6] (11, q. 1, c. Si qui ex fratribus.)*

<sup>1</sup> prima ep. CPBM; ep. prima BH

<sup>2</sup> *insc. after rubric* M

<sup>3</sup> fieri CVBDM; fueri P

<sup>4</sup> iud. eccl. CPV; ? D; eccl. iud. BHM

**1346**

*Calixtus in secunda epistola<sup>2</sup>. De conspiratione<sup>3</sup>*

Conspirationum vero crimina vestris in<sup>4</sup> partibus vigere audivimus, et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cuius criminis astutia non solum inter Christianos abominialis est, sed etiam inter ethnicos, et ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiastice, sed etiam seculi dampnant leges. Et non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo utuntur carere preceperunt, ceteros vero communione privari, et ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt, et non solum facientes, sed et eis consentientes<sup>5</sup>. Iustum est enim ut qui divina contempnunt mandata, et inobedientes patrum existunt iussionibus, severioribus corrigantur vindictis, quatenus timorem ceteri habeant talia committere, et Deus gaudeat fraternitate ac concordia, et cuncti sumant severitatis ac bonitatis exemplum. Nam, si (quod absit) ecclesiasticam sollicititudinem vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, et animabus

<sup>1</sup> H ends at sed et eis consonsentientes.

<sup>2</sup> *insc. after rubric* M

<sup>3</sup> conspiratione CPBD; abominabili crimine conspirationis M

<sup>4</sup> vestris in CPD; in vestris M

<sup>5</sup> H ends cap. here

fidelium profecto nocebitur. Hi vero in nullius sunt accusatione recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox, ullum nocere aut accusare potest.  
 (cap. 1). Ctp 1.14.12] cf below 12.85, 14.23 (11, q. 1, c. *Conspirationum.*) (23, q. 3, c. *Iustum est.*) (3, q. 4, c. *Conspiratores.*)

## 347

*De modo accusandi. Damasus papa<sup>1</sup> in secunda epistola*

Habetur quoque in decretis patrum, sancitum non fore canonicum, quemquam sacerdotum iudicare vel dampnare, antequam accusatores canonice examinatos presentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina et cetera, nec extra propriam fiat provinciam prima discussionis accusatio, sine apostolica preceptione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, quoniam et antiqua docet hoc patrum regula; in qua et imperialia pariter statuta concinunt<sup>2</sup>.

(epist. 4, c. 8). Ctp 1.35.3] (3, q. 9, c. *Habetur.*)

<sup>1</sup> papa CPD; om. M

<sup>2</sup> stat. conc. CPM; conc. stat. D

## 348

*Item idem<sup>1</sup> in ultima epistola de modo accusandi<sup>2</sup>*

Qui accusare alium<sup>3</sup> elegerit, presens per se et non per alium accuset, inscriptione videlicet premissa. Neque ullus unquam iudicetur, antequam legitimos accusatores presentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.  
 (epist. 7, ad episc. Italie). Ctp 1.35.4] (3, q. 9, c. *Qui accusare.*)

<sup>1</sup> idem CVBD; idem dicit P<sup>2</sup>; dicit P

<sup>2</sup> Item - accus. CPBD; Item - epist. de eodem H; De eadem re. Idem in epistola ultima M

<sup>3</sup> acc. al. CPHD; al. acc. M

## 349

*De curialibus non clericandis<sup>1</sup>. Innocentius Vitricio Rothomagensi archiepiscopo*

Preterea frequenter quidam ex fratribus nostris<sup>2</sup> curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia cum de revocandis eis aliquid ab imperatore precipitur, quam gratia nascitur de adscito. Constat enim eos in ipsis munib[us]<sup>3</sup> voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, et ludorum aut munerum<sup>4</sup> apparatibus aut preesse, aut forsitan interesse. Si certe in exemplum sollicitudo et tristitia fratrum, quam sepe pertulimus, imperatore presente, cum pro his sepius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognovisti, quibus non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam iam ex sacerdotio constituti, ingens molestia ut redderentur, instabat.  
 (epist. 2, c. 11). Ctp 1.38.22] (Dist. 51, c. *Preterea frequenter.*)

<sup>1</sup> non cler. CPD; ad clerum non promovendis M

<sup>2</sup> nostris CPH; ? D; vestris M

<sup>3</sup> [mimis] add. M

<sup>4</sup> munerum CP; numerum DM, [mimorum] add. M

**349A (PVB)**

*Idem Exuperio Tholosano inter cetera. De iis<sup>1</sup> qui tormenta exercuerunt*

Quesitum etiam est super his<sup>2</sup> qui post baptismum administraverunt et aut tormenta sola exercuerunt aut etiam capitalem protulere sententiam. Nichil de his legimus a maioribus definitum. Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum quod auctore Domino viderent esse concessum? De his ergo ut hactenus servatum est sic habeamus ne aut disciplinam avertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ispis autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur.

*Ctp 1.38.23] cf 10.94 below (C 23 q 4 c 45)*

<sup>1</sup> iis P; his VB

<sup>2</sup> his VB; iis P?

**350**

*Idem Rufo et Eusebio Macedonibus episcopis<sup>1</sup>. Cur recepti sunt a Bonosianis et Catharis et Novatianis ordinati<sup>2</sup>*

Sacerdotum summa deliberatio hec fuit<sup>3</sup>, ut quos Bonosus ordinaverat<sup>4</sup>, ne cum eodem remanerent, ac ne fieret non mediocre scandalum, ordinati reciperentur. Vicimus (ut opinor) ambigua. Iam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse, ac fuisse regulas veteres quas ab apostolis aut apostolicis traditas ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his, qui eam audire consuerunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet utique cessare pariter quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad presens fieri tempus impellit. Sed canones apud Niceam constituti de Novatianis fieri permiserunt. Prius ille canon a patribus institutus ponendus est, ut possimus advertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit vel preceptum.<sup>5</sup> De his, inquit, qui nominant seipso catharos, id est mundos, et aliquando veniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sancte et magne sinodo ut accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possumus vero dicere de solis hoc Novatianis esse preceptum, nec ad aliarum hereseon clericos pertinere. Nam, si utique de omnibus ita definirent, addidissent a Novatianis, aliisque hereticis revertentes debere in suum ordinem recipi. Quod ita non esse, etiam illud maxime quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes etiam baptizari precipiuntur. Numquidnam cum de Paulianistis<sup>6</sup> iubent, omnes qui<sup>7</sup> ab hereticis revertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse preceptum ratio ipsa demonstrat.

(epist. 22, c. 5). Ctp 1.38.27] (I, q. 7, c. Quod pro remedio.) (I, q. 1, c. Quod pro necessitate.)

<sup>1</sup> Id. - ep. CPDM; om. B

<sup>2</sup> Cur - ordinati CPD; om. B; Quod id quod necessitas reperit pro remedio, cessante necessitate, delet [debet Fr] utique cessare M before insc.

<sup>3</sup> hec fuit CRPBDM; fuit hec H

<sup>4</sup> -na- ss D

<sup>5</sup> (Can. 8, Nic. syn.) add. Fr

<sup>6</sup> dictum est poterit – Paulianistis in mg. P

<sup>7</sup> ss P

**351**

<sup>1</sup>Quotquot virginitatem promittentes irritam faciunt<sup>2</sup> sponcionem, inter bigamos censeantur.

(conc. Ancyra. sub Sylvestro, c. 18). Ctp 2.2.8aj (27, q. 1, c. Quotquot.)

<sup>1</sup> De his qui virginitatis sponcionem irritam faciunt. Idem add. M; large initial and break CB; large initial but neither break nor rubric PV, neither large initial nor break D

<sup>2</sup>-iunt CPM; -iant D

**352**

*Ex concilio Eliberitano. De peregre baptizatis<sup>1</sup>, cap. 23<sup>2</sup>*

Omnes qui peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

Ctp 2.30.7j (Dist. 98, c. Omnes qui.)

<sup>1</sup> De per. bapt. before Ex conc. M

<sup>2</sup> 23 CPD; 24 M

**353**

*Gelasius Martirio et Iusto episcopis. De servis sine consensu dominorum ordinatis<sup>1</sup>*

Actores<sup>2</sup> siquidem<sup>3</sup> illustris viri filii nostri Amandiani graviter conqueruntur homines suo iuri debitos<sup>4</sup>, alios adhuc<sup>5</sup> clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum, quod tantorum collectione pontificum<sup>6</sup> sub omnium saluberrime provisionis assensu constat esse perfectum, huiusmodi personas suscipere non debere<sup>7</sup>, verum etiam, si qui forte in divine cultum militie, ante fuerint ignorantia faciente suscepti, eliminare prorsus, et exutos religioso privilegio ad dominorum<sup>8</sup> possessiones<sup>9</sup> iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo, fratres charissimi, eos quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverint atteneri<sup>10</sup>, discussos et obnoxios ac probatos custodito legum tramite sine intermissione restitue<sup>11</sup>, ita ut si quis iam presbiter reperitur<sup>12</sup>, in eodem gradu peculii sola amissione permaneat. Diaconus vero aut vicarium prestet, aut si non habuerit, reddatur. Residua officia sciant<sup>13</sup> neminem posse ab obnoxietate, si convincitur, vindicari, quatenus hoc<sup>14</sup> ordine custodito nec dominorum iura nec privilegia ulla ratione turbentur.

CB Gel.15; Ctp 1.46.26j IP 3.164

<sup>1</sup> rubr. before insc. M

<sup>2</sup> Act- CPHM; Auct- D

<sup>3</sup> lacuna follows C

<sup>4</sup> deb- CP; ded- DM

<sup>5</sup> alios adhuc CPM; adhuc alios D

<sup>6</sup> coll. pont. CPD?; pont. coll. M

<sup>7</sup> suscipere non debere CP; non debere suscipere D; suscipi non debere M

<sup>8</sup> in add. D, om. CPM

<sup>9</sup> -ses- ss P

<sup>10</sup> atten- CPBD; attin- M

<sup>11</sup> -ue CPD; -uite M

<sup>12</sup> after corr. C

<sup>13</sup> corr. fr. sciat P

<sup>14</sup> hoc CPD; om. M

## 354

*Gelasius Herculentio, Stephano et Iusto episcopis. De eadem re<sup>1</sup>*

Nuper<sup>2</sup> etenim actores illustris femine Placidie<sup>3</sup> petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Cusilinatis<sup>4</sup> urbis antistitem, Antiochum servum iuris patronे sue absentis domine occasione captata, ad presbiterii honorem usque perductum, eiusque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos<sup>5</sup> actores, et eos qui conditionis extreme repetuntur obiectam<sup>6</sup>, cognitionem<sup>7</sup> vobis nostra<sup>8</sup> auctoritate deputamus<sup>9</sup>, ut, omni veritate discussa, si revera obiectam sibi maculam iustitie, refagationis non potuerit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus prefinitus legibus non defendit, ad sequendam cognitionis sue necessitatem modis omnibus redibete. Antiochum vero, quia per sacerdotium non iam<sup>10</sup> potest retolli, si<sup>11</sup> in suam ecclesiam in hoc in quo est honore, desiderat collocare, non velut redditum sibi, sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

*CB Gel. 17a; Ctp 1.46.27] IP 3.165*

<sup>1</sup> rubr. before insc. M

<sup>2</sup> Nuper CPDHM; Super B

<sup>3</sup> corr. fr. -de P

<sup>4</sup> Cusil- CPM; Cusul- D

<sup>5</sup> -tos CPM; -to D?

<sup>6</sup> condit. - obiectam CDM; added at foot of leaf P; C has an .r. in mg.

<sup>7</sup> cognitionem CBDM; conditionem PV

<sup>8</sup> nostra CBM; vestra PD

<sup>9</sup> dep- CPM; disp- D

<sup>10</sup> non iam CPM; iam non D

<sup>11</sup> si CPM; om.D

## 355

*Nicolaus papa Michaeli imperatori. De reverentia exhibenda prius ordinatis<sup>1</sup>*

Denique, si in epistola ad Hebreos legimus<sup>2</sup> quod minor a maiore benedicatur, restat profecto ut exigente ratione etiam maledicatur. Si quidem hoc utique prenoscentes periculosa tempora, illi qui ante nos fuerunt providam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt, hodieque in Romana ecclesia que magistra est omnium ecclesiarum impretermissee servatur, ita ut nullus sacerdos maiori suo interveniente consacerdote cuilibet rei benedicere nitatur. Sed et anterior stans ad pronuntiandum aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet benedicere. Cur hoc? Nunquid benedicere peccatum est? Absit. De maledicis enim, non benedicis dicit apostolus, Quia regnum Dei non possidebunt. Sed per hoc innuitur quante censure freno inferiores quique ad suos iudicandos prepositos coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius<sup>3</sup>, illum penitus obtineant.

(epist. 8 ante medium).CB Varia II 71; Ctp 1.62.1] cf 5.17 above (Dist. 21, c. Denique.)

<sup>1</sup> rubr. before insc. M

<sup>2</sup> legimus CPD; legitur M

<sup>3</sup> sunt si his – ius in mg. P

## 356

*Nicolaus<sup>1</sup> omnibus episcopis in regno Ludovici. De puerō sine propria voluntate<sup>2</sup> cucullato<sup>3</sup>*

Presens clericus nomine Lambertus, una cum patre suo nomine Atho, quondam videlicet comite, nunc autem clero, ad limina apostolorum properans adit presentiam nostram, asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine<sup>4</sup> in prediis propriis edificasset monasteria, duo voluntatem gerens, ut post suum discessum presens filius eius Lambertus in locum ei succederet. Quem infra teneram etatem inter octavum et undecimum annum constitutum, memoratus pater proprio arbitrio absque regulari institutione extra omnem voluntatem illius cucullam induit. Igitur, post quoddam ipsius temporis spatium, ut ipse dicit, Salomon episcopus eum cum quibusdam aliis eidem Lamberto, absque patris oblatione vel abbatis percepta benedictione, monasticum illum induere fecit habitum, ut fertur, invitum, et sub hac occasione paterna seu materna hereditate a fratribus suis privatum esse, atque contra omnem (ut dictum est) voluntatem suam quasi regularem illum monachum permanere voluit. Super qua re diligenti cura investigantes, etiam sub adiuratione patrem ipsius si verum diceret interrogavimus. Sed idem clericus Atho respondit se talem habuisse et habere voluntatem, ut suus filius verus monachus fuisse, et in locum ei successisset. Sed sub testificatione iurejurando firmabat, quod quando primitus ei cucullam induit, idem Lambertus semper restitit et nunquam se monachum fieri consensit, sed demum ab insequentibus monachico habitu violenter indutus fuerit, asserens quia nunquam regulam aliquando promisit, neque ego pater eius palla altaris indutum<sup>5</sup> illum obtuli. neque a quocumque sacerdote vel abbatte, ut mos depositit, benedictione percepta<sup>6</sup> regule unquam subactum monachum fuisse<sup>7</sup>. Super his etiam omnibus<sup>8</sup> protestatus est prefatus clericus Atho, quia si eo tempore tam dure observantie monasticam intellexisset regulam, nunquam eumdem filium suum Lambertum coegisset portare cucullam. Quapropter psalmographi consulte verba recolentes, quibus voluntarie se Deo sacrificare pronuntiat, et voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat, presentem, ut dictum est, clericum nomine Lambertum minime debere existimavimus sub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non elegit, nec optat, profecto non diligit. Quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Idcirco et Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia ulli inferatur, precepit. Quapropter consultius agitur, si piis suasionibus contemptum mundi, et amorem Dei predicando, quam violentiam inferendo ad celestem amorem illum accenderitis. Unde omnium vestrum charitati hanc nostri apostolatus mandare decrevimus epistolam, monentes atque precipientes, quatenus si ita est verum, ut isti dicunt, nullus episcopus vel abbas seu monachorum reliquorum conventus monasticis illum regulis invitum subiacere compellat; neque ullo modo fratres illius per hanc occasionem licentiam habeant paterna seu materna illum, quod absit hereditate privare, sed usque dum divina inspiratione compunctus propria voluntate regulis se subdat, liceat illum a mundanis, et laicalibus remotum vagationibus vel negotiis inter religiosos et ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus, quod absit, religiosos canonicos a sanctorum monachorum

<sup>1</sup> papa I add. M

<sup>2</sup> prop. vol. CPHM; vol. prop. D

<sup>3</sup> rubr. before insc. DM

<sup>4</sup> adhuc ordine CPBHD; adhunc ordine P; adhuc habitu [ordine] M

<sup>5</sup> indutum CPD; involutum [indutum] M; [al. pallio alt. indutum] Fr

<sup>6</sup> percepta CVBDM; precepta P

<sup>7</sup> monachum fuisse CP; fuisse monachum DM, [se fieri monachum subiectum promisit] add. M<sup>2</sup>

<sup>8</sup> et. omn. CPBD; omn. et. M

vita et consortio seiunctos, quia unusquisque secundum apostolum propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.  
(*in rescriptis Nicolai I tit. 13, c. 2). Ctp 1.62.28j (20, q. 3, c. Presens clericus.*)

**357**

*De clericorum excommunicatione<sup>1</sup>. De<sup>2</sup> concilio Sardicensi, cap. 16*

Osius episcopus dixit, Si hoc quoque omnibus placet, ut sive diaconus, sive presbiter, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit<sup>3</sup> privatus, et ad alterum perreixerit episcopum, et scierit ille ad quem confugerit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis episcopis causas<sup>4</sup> esse dicturum. Universi dixerunt, Hoc statutum et pacem servabit, et concordiam custodiet.

*Ctp 2.5.9j cf below 14.25; IP 5.100 as ID 14.25*

<sup>1</sup> De cler. excomm. CPD; Quod clericus a suo excommunicatus episcopo ab alio episcopo non est recipiendus M

<sup>2</sup> De CPD; Ex M

<sup>3</sup> suo comm. fuerit CP; fuerit sua comm. D; suo fuerit comm. M

<sup>4</sup> -as CP; -am DM

**358**

*Ex concilio Chalcedonensi. cap. 8*

Clerici in ptochiis<sup>2</sup> monasteriis, aut martiriis constituti<sup>3</sup>, sub potestate sint eius, qui in ea est civitate episcopus, secundum traditionem sanctorum patrum, nec per presumptionem recedant a suo episcopo. Eos vero qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionem quocumque modo, vel si noluerint subiacere proprio episcopo, si quidem fuerint clerici personarum ordinatione, subiaceant condempnationibus canonum.

*(actione 15). Ctp 2.10.8j (18, q. 2, c. Quidam monach.)*

<sup>1</sup> Ut clerici episcopis suis subiecti sint *add. as rubr.* M

<sup>2</sup> ptochiis CPD; paroeciis M; par. [ptochiis orig.], et in Fr

<sup>3</sup> mon. aut mart. const. CPM; at mart. cons. mon. D

**359**  
*De<sup>1</sup> eodem*

Clerici qui pauperum dispositioni vel monasteriorum vel martiriorum<sup>2</sup> presunt, sub potestate singularum civitatum episcoporum, secundum sanctorum canonum traditionem perdurent, nec per suam temeritatem episcopi sui moderationem declinent. Qui autem huiusmodi dispositionem quolibet modo subvertere ausi fuerint, et episcopo suo non obedierint, si quidem clerici fuerint<sup>3</sup>, canonice dampnationi subiaceant, si autem monachi aut laici sint, a communione suspendantur.

*(ibidem sed ex alia versione). Ctp 2.10.9j*

<sup>1</sup> De CPD; De eadem re. Ex M

<sup>2</sup> -iorum CPM; -um D

<sup>3</sup> et episcopo suo – fuerint in mg. P

**360**

*Ex eodem concilio, cap. 9<sup>1</sup>. Quod non oporteat clericos, pretermisso episcopo, ad secularia iudicia commeare<sup>2</sup>*

Si clericus adversus clericum habeat negotium, non relinquat suum episcopum, et ad secularia iudicia concurrat; sed prius negotium agitetur apud proprium episcopum, vel certe (si fuerit iudicium ipsius episcopi) apud arbitros ex utraque parte electos audiatur negotium. Si quis vero contra hec fecerit, canonum subiacebit correctionibus. Et si clericus adversum suum seu alium episcopum habeat causam, apud audientiam sinodi provincie conqueratur<sup>3</sup>. Si vero contra ipsius provincie metropolitanum episcopum episcopus sive clericus<sup>4</sup> habeat controversiam, perget ad ipsius diocesis primatem; aut certe ad Constantinopolitane regie civitatis sedem, ut eorum ibi proprium negotium exquiratur.

*Ctp 2.10.10] (11, q. 1, c. Si clericus.)*

<sup>1</sup> Quod non iudicia transmeare. Cap. 9 ex eodem concilio D; Ex eod. conc. *after* commeare M; cap. 9 *after* commeare P

<sup>2</sup> Quod - comm. CP(D)M; *om.* B

<sup>3</sup> [conquir. orig.] *add. Fr*

<sup>4</sup> habeat causam - sive clericus *over erasure* C

**361**

*Quod minime clericis in aliam civitatem transmigrare liceat, nisi eis qui pro persecutione proprias amiserint<sup>1</sup> civitates<sup>2</sup>. Ex eodem concilio, cap. 20*

Clericos in singulis ecclesiis constitutos, sicut iam decrevimus, non licere in alterius civitatis ecclesiis ordinari, sed acquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias civitates perdiderunt, et ex necessitate ad alias ecclesias migraverunt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum suscepere, placuit sancte sinodo et hunc qui suscepit, et eum qui suspectus est, tandi excommunicatos manere quandiu ipse clericus ad propriam revertatur ecclesiam.

*Ctp 2.10.20]*

<sup>1</sup> corr. to -unt D

<sup>2</sup> Quod minime - civitates CPD; Quod minime liceat clericis transmigrare in aliam civitatem, nisi pro persecutione M

**362**

*Ut clerici publica iudicia non appellant. Ex concilio Carthaginensi III, cap. 9<sup>2</sup>*

De diversis ordinibus ecclesie servientibus, ut si quis in causam criminis incurrit, et abnuerit iudicium ecclesiasticum, debeat periclitari, ut et filii sacerdotum spectacula secularia non adeant. Item placuit ut quisquis episcoporum, presbiterorum et diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudiciis purgari voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat; et hoc in criminali actione<sup>3</sup>; in civili vero perdat quod evicit si locum suum obtinere maluerit<sup>4</sup>.

*Ctp 2.17.5a] (11, q. 1, c. Placuit.)*

<sup>1</sup> H begins at Item placuit ut quisquis

<sup>2</sup> III cap 9 CRPM; IV cap 9 B; cap. 9 H; III cap 11 D

<sup>3</sup> [iudicio orig.] *add. Fr*

<sup>4</sup> [voluerit orig.] *add. Fr*

**363**

*Si a quoquam ab<sup>1</sup> aliis iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos maioris<sup>2</sup> auctoritatis provocatum fuerit non obesse prioribus diversas<sup>3</sup> sententias proferentibus<sup>4</sup>. Ex eodem concilio<sup>5</sup>, cap. 10*

Hoc etiam placuit ut a quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, ubi est maior auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint<sup>6</sup>, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupidate aut gratia depravati<sup>7</sup>. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam a pauciore numero quam constitutum est, non liceat provocari.

(2, q. 6, c. Placuit.) Ctp 2.17.6a] IP 4.133 (2, q. 6, c. Sane.)

<sup>1</sup> ad C; ab repeated P

<sup>2</sup> corr. fr. -ores P; dignitatis vel add. D, om. CP

<sup>3</sup> after corr. P

<sup>4</sup> Si a quoquam - proferentibus (protoreuntibus C, proferenti D) CPD; Quid agendum sit si provocatum fuerit de ecclesiasticis, ad alios ecclesiasticos iudices M

<sup>5</sup> conc. CPD; om. M

<sup>6</sup> -uerint CVM; -erint PB; -erit D

<sup>7</sup> -ati CPBD; -atos esse M

**364**

*Qui ad testimonium non<sup>1</sup> admittendi sunt<sup>2</sup>. Ex concilio Carthaginensi VII, cap. 4*

Testes autem ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti precepti sunt, vel etiam quos ipse<sup>3</sup> accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem intra<sup>4</sup> annos quatuordecim etatis sue non admittantur.

Ctp 2.21.4] IP 4.83 (2, q. 2, c. Testes autem.)

<sup>1</sup> non PVM; om. CD

<sup>2</sup> adm. sunt CPBD; sint admittendi M; rubr. after insc. CH

<sup>3</sup> ipse CPD; om. M

<sup>4</sup> intra CPD; infra M

**365**

*Quod electorum iudicum sententia sperni non debeat. Ex concilio Milevitano, cap. 24*

A iudicibus<sup>1</sup> autem quos communis consensus<sup>2</sup> elegerit, non liceat provocare. Et quisquis probatus fuerit pro contumacia<sup>3</sup> nolle obtemperare iudicibus, cum hoc prime sedis episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

Ctp 2.22.11] cf IP 4.132 (2, q. 6, c. A iudicibus.)

<sup>1</sup> A iudicibus CPM; Iudices D

<sup>2</sup> ...vel add. D

<sup>3</sup> [percont., orig.] add. Fr

**366**

*De contumacibus clericis, et ad officium tardis. Ex concilio Agathensi, cap. 2*

Contumaces vero clerci, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur. Et si qui prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint,

peregrina eis communio tribuatur, ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipient.  
*Ctp 2.28.1] (Dist., 50, c. Contumaces.)*

**367**

*Ut clericus inconsulto episcopo<sup>1</sup> ad iudicem secularem<sup>2</sup> non pergat. Ex eodem concilio, cap. 32*

Clericus nec quemquam presumat apud secularem iudicem, episcopo non permittente, pulsare; sed qui pulsatus fuerit non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio seculari. Si quis vero secularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare tentaverit, et victus fuerit, ab ecclesie liminibus et catholicorum communione, nisi digne penituerit, arceatur.

*Ctp 2.28.30-31 var.] (II, q. 1 et 2, c. Clericum.)*

<sup>1</sup> suo add. M

<sup>2</sup> iud. sec. CPBDH; sec. iud. M

**368**

*Si presbiter aut diaconus se pro reatu aliquo ab eucharistia suspenderint<sup>1</sup>. Ex concilio Aurelianensi, cap. 8*

Si diaconus vel<sup>2</sup> presbiter pro reatu suo se ab altaris communione, sub penitentis confessione submoverint, sic quoque si alii defuerint, et causa certe necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

*(Aurel. I, c. 14). Ctp 2.29.8] cf 15.18 below (Dist. 81, c. Si diaconus.)*

<sup>1</sup> Si presb. - suspenderint CPD; Quod liceat presbytero vel diacono a communione suspenso, si necesse fuerit, baptizare M

<sup>2</sup> vel CPHM; aut D

**369**

*Ut clerici si quid prestiterint sine usura recipient. Ex concilio Terraconensi<sup>1</sup>, cap. 3*

Si quis clericus solidum in necessitate<sup>2</sup> prestiterit, hoc de vino vel<sup>3</sup> de frumento accipiat, quod mercandi causa tempore statuto decretum fuerit venundare<sup>4</sup>. Ceterum si speciem non habuerit necessariam, ipsum quod dedit sine ullo augmento recipiat.

*(sub Hormisda). Ctp 2.31.2] cf 13.14 below; IP 3.159 (14, q. 4, c. Si quis clericus.)*

<sup>1</sup> Tarrac- Fr

<sup>2</sup> sol. in nec. CP; in nec. sol. DM

<sup>3</sup> vel CPM; hoc D

<sup>4</sup> -are CPDM; -ari Fr

**370**

*Si clericus<sup>1</sup> servum vel discipulum de<sup>2</sup> ecclesia traxerit ut penitentiam agat<sup>3</sup>. Ex concilio Ereloensi<sup>4</sup>, cap. 8*

Nullus clericorum servum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare presumat. Quod si fecerit, donec digne peniteat, a loco cui honorem non dedit segregetur<sup>5</sup>.

(*Ctp 2.34.7 var. J cf 3.117 above; (17, q. 4, c. Nullus cler.)*)

<sup>1</sup> Si clericus CPBDH; Ut nullus clericorum M

<sup>2</sup> de CPDH; suum ab M

<sup>3</sup> trax. - ut pen. agat CPH; trax. - ut peniteat D; extrahere audeat M

<sup>4</sup> conc. Ereloensi PVBD; conc. Eleroensi C; Preloensi H; conc. Hilerdensi M

<sup>5</sup> segreg. CPD; sequestretur [segregetur] M

**371**

*De clericis qui monachorum propositum appetunt. Ex concilio Toletano IV, cap. 50<sup>1</sup>*

Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

(*Tol. IV, c. 49. Ctp 2.37.17 (19, q. I, c. Clerici qui.)*)

<sup>1</sup> IV cap.50 PVBD; cap. 50 Ex - IV CH; cap. 54 M

**372**

*De stipendiis<sup>1</sup> clericorum ne<sup>2</sup> a iure alienentur ecclesiarum. Ex concilio Toletano VII, cap. 5*

Sepe fit ut proprietati originis obsistat longinquitas temporis. Quapropter providentes decernimus, ut si quis clericorum stipendum de rebus ecclesie cuiuscumque episcopi percipit largitate, sub precarie nomine debeat professionem scribere, nec per retentionem diuturnam preiudicium afferat ecclesie, et quecumque in usu perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res divini iuris videantur aliqua occasione negligi, et subsidium ab ecclesia cui deserviunt percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere, ipse se stipendio suo videbitur privare.

(*Ctp 2.38.1J (12, q. 2, c. Sepe fit.)*)

<sup>1</sup> De stipendiis CPD; Ne stipendia M

<sup>2</sup> ne CPD; om. M

**373**

*Quod servilibus clericis<sup>1</sup> dare debeant<sup>2</sup> episcopi libertatem.<sup>3</sup> Ex concilio Toletano IX, cap. 11<sup>4</sup>*

Qui ex familiis<sup>5</sup> ecclesie servituri devocantur in clerum, ab episcopis suis libertatis necesse est ut percipient donum, et si honeste<sup>6</sup> vite claruerint meritis, tunc

<sup>1</sup> serv. cler. CPBD; clericis servis ecclesiarum M

<sup>2</sup> dare deb. CPM; deb. dare D

<sup>3</sup> Item add. M

<sup>4</sup> 11 CPDM; 9 Fr

<sup>5</sup> familiis CPM; familis D

<sup>6</sup> -este CVBDM; -estate P

demum maioribus fungantur officiis. Quos vero flagitiis ordinaverit<sup>7</sup> incorrigibilis noxa, perpetua servitus conditionis religet in catena.  
*Ctp 2.41.5] (Dist. 54, cap. Qui ex familiis.)*

<sup>7</sup> vel obligaverit add. ss PV

### 374

*De eunuchis qui ab aliis fiunt<sup>1</sup>, vel qui ipsi<sup>2</sup> sibi naturalia abscidunt. Ex concilio<sup>3</sup> Martini pape, cap. 21*

Si quis per egritudinem<sup>4</sup> naturalia a medicis habuerit secta, similiter et qui a barbaris aut dominis stultis fuerint castrati, et moribus digni fuerint<sup>5</sup> visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoveri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et abstinentie, sed per abscissionem plasmati a Deo<sup>6</sup> corporis, existimans posse a se carnales concupiscentias amputari, castraverit se, non<sup>7</sup> eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerat promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.

(ex decretis Martini Bracarensi). *Ctp 2.47.21] IP 3.56; (Dist. 55, c. Si quis per egritudinem.)*

<sup>1</sup> fiunt CPM; fuerint D

<sup>2</sup> ipsi CP; om. DM

<sup>3</sup> concilio CPD; decretis M

<sup>4</sup> per egr. CPDM; pro aegritudine Fr

<sup>5</sup> castrati et - fuerint CPM; om. D

<sup>6</sup> plas. a Deo CPM; a Deo plas. D

<sup>7</sup> enim add. D, om. CPM

### 375

*<sup>1</sup>Cap. 40*

Non liceat diaconem ante presbiterum<sup>2</sup> sedere, nisi cum iussione presbiteri.  
*Ctp 2.47.40]*

<sup>1</sup> Quod non liceat diacono ante presbyterum sedere add. as rubr. M

<sup>2</sup> diaconem ante presb. CPD; ante pres. diacono M

### 376

*De his qui ad diaconem<sup>1</sup> eliguntur<sup>2</sup>, cap. 40<sup>3</sup>*

Diaconus qui eligitur, si contestatus<sup>4</sup> fuerit pro accipiendo matrimonio, et dixerit se non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit, et ordinatus fuerit, et postea matrimonium desideraverit, alienus sit a ministerio, et vacet a clero.

[cap. 39]. *Ctp 2.47.39] IP 3.97; (Dist. 27, c. Diaconus qui.)*

<sup>1</sup> -nem CP; diaconatum DM

<sup>2</sup> De his - elig. CPBD; Ut ordinandus ad diaconatum matrimonio renuntiet M

<sup>3</sup> 40 CPD; ?B; 41 M

<sup>4</sup> corr. fr. sicut test- P

## 377

*De eo quod non licet quemlibet sacra misteria<sup>1</sup> tangere. Cap. 41 ex eodem concilio<sup>2</sup>*

Non liceat quemlibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolito in secretario vasa dominica.

(*ibid. 41*). Ctp 2.47.41] (Dist. 23, c. Non liceat.)

<sup>1</sup> De eo - mysteria CPD; Quod non liceat cuilibet vasa Dominica M

<sup>2</sup> Cap. 41 - concilio CP; Ex - 41 D; Ex eod. conc. cap. 42 [41] M

## 378

*De attondenda<sup>1</sup> coma clericorum vel<sup>2</sup> habitu ornato. Ex eodem concilio, cap. 68<sup>3</sup>*

Non oportet clericos comam nutrire et sic ministrare, sed attonso capite patentibus auribus, et secundum Aaron talarem tunicam<sup>4</sup> induere, ut sint in habitu ornato.

Ctp 2.47.66] (Dist. 13, c. Non oportet.)

<sup>1</sup> attond- CPD; tond- M

<sup>2</sup> vel CPD; et M

<sup>3</sup> 68 CPD; 67 M; 66 Fr

<sup>4</sup> [vestem, orig.] add. Fr

## 379

*De non<sup>1</sup> ordinandis invitatis vel deciendis immeritis<sup>2</sup>. Gregorius<sup>3</sup> Natali episcopo in primo libro registri*

Gesta que nobis in conciliis vestri confecta secretario direxistis<sup>4</sup>, in quibus archidiaconus honoratus addicitur, plena esse cognovimus semine iurgiorum, cum uno eodemque tempore una persona nolens ad sacerdotii ordinem provehitur, que tanquam immerita a diaconatus officio removetur. Et sicut iustum est ut nemo crescere compellatur invititus, ita censendum puto, similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deciatur iniuste.

(*epist. 19*). Ctp 1.55.94] (Dist. 74, cap. Gesta que.)

<sup>1</sup> om. B

<sup>2</sup> rubr. before insc. CRDHM, after PVB

<sup>3</sup> papa add. M

<sup>4</sup> -istis CPBDM; -isti Fr

## 380

*Quid agendum sit de rebus lapsorum clericorum.<sup>1</sup> Idem<sup>2</sup> Petro subdiacono*

De lapsis sacerdotibus<sup>3</sup> vel quolibet ex clero, observare te volumus. Ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis, sed pauperrima regularia monasteria require, que secundum Deum vivere sciunt<sup>4</sup>, et in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos trade, ut res lapsorum in eodem loco proficiant, in quo agere penitentiam traduntur, quatenus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant, qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt. Si vero parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita tamen ut eorum stipendia qui in penitentiam dati fuerint, sufficienter debeant

<sup>1</sup> Quid- cler. before insc. CDM, after PV; om. B

<sup>2</sup> Idem CPD; Gregorius M

<sup>3</sup> vel levitis add. Fr, om. CPBDM

<sup>4</sup> sciunt CPD; sciuntur [sciunt] M

procurari. Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel levite, vel monachi, vel clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in penitentiam volumus, sed res eorum ecclesiastico iuri non subtrahi. Ad usum tamen suum accipient unde ad penitentiam subsistant, ne si nudentur, locis in quibus dampnati<sup>5</sup> fuerint, onerosi sunt.

(lib. I, cap. 42). Ctp 1.55.95] cf below 15.20 (16, q. De laps.)

<sup>5</sup> dampnati CPM (P obscur. corr.); nati D; [dati, orig.] add. Fr

### 380A (PVB)

*Idem ex<sup>1</sup> epistola ad clerum Mediolanensem. Quam diligentes esse debeant clerici in eligendo episcopo<sup>2</sup>*

Dilectissimi filii, officii nostri censura commoniti suademos ut in suscipiendo antistitis causa nullus vestrum neglecta utilitate communi suo lucro proficiat, ne si quisquam propria commoda appetit frivola estimatione fallatur, quia nec libero iudicio preferendam sibi personam examinat<sup>3</sup> mens quam cupiditas ligat. Pensantes ergo que cunctis expedient ei quem uobis gratia<sup>4</sup> divina pretulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam prebete. Iudicari namque a vobis ultra non debet semel prelatus, sed tanto nunc subtiliter iudicandus est quanto postmodum iudicandus non est.

Ctp 1.55.100] cf above 5.130

<sup>1</sup> ex PV; in B

<sup>2</sup> Quam - ep. PV; om. B

<sup>3</sup> ss V

<sup>4</sup> Pensantes ergo que cunctis – gratia VP<sup>2</sup>mg (with Trip.)B; om. P

### 381

*Idem<sup>1</sup> clero et populo RAVENNE in sexto libro<sup>2</sup> registri. Que pena sequatur occulte infamantem<sup>3</sup>*

Quia<sup>4</sup> maligni spiritus consilio repletus, contra Castorium notarium ac responsalem nostrum nocturno silentio in civitatis loco contestationem posuit in eius crimen loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentem, et quia quisquis veraciter loquitur, semetipsum innotescere non debet formidare, oportet ut publice exeat, et quecumque in contestatione sua loqui presumpsit, ostendat. Quod si non exierit, neque publice confessus fuerit, quisquis ille sit qui hoc agere presumpsit, vel consensum in tante iniquitatis consilio prebuit, ex Dei et Domini nostri Iesu Christi sententia<sup>5</sup> definimus, ut sancti eius corporis et sanguinis participatione privatus sit. Si vero, quia latet et quoniam nescitur, teneri a disciplina non valet, si tanti mali conscious, et prohibitus, corpus et sanguinem Domini percipere presumit, anathematis ultione percussus ut fallax ac pestifer, a sancte ecclesie corpore sit divisus. Si quis autem fortasse talis est, quem nos huius facti auctorem ac participem esse nescientes, ad eum bona optantes epistolas transmittamus, ipsa pro eo apud omnipotentem Deum deprecatione sit vacua. Sin autem in eadem civitate egressus ad publicum, potuerit docere que dixit, vel certe sciens se non posse quem scripsit ostendere, errorem suum fuerit aperte confessus, dominici corporis et sanguinis participatione non sit privatus, neque a sancte ecclesie corpore alienus existat, quia nos apud omnipotentem Deum ex

<sup>1</sup> Idem CPD; Gregorius M

<sup>2</sup> sexto lib. CPD; lib. sexto M

<sup>3</sup> rubr. before insc. DM

<sup>4</sup> [quidam, orig.] add. Fr

<sup>5</sup> [spiritu, orig.] add. Fr

nostris cotidie culpis agnoscimus, ut quamvis servato discipline moderamine, aliorum tamen errata<sup>6</sup> parcamus.  
(*l. V, ep. 30*). Ctp 1.55.105]

<sup>6</sup> errata CPD; erratis M

### 382

*Hieronymus in epistola ad Oceanum. De bigamis et<sup>1</sup> concubinariis<sup>2</sup>*

Nullo pacto digamos vel concubinarum catenis insertos decet subire ministerium. In Levitico scriptum est, ac prefinitum quales eligi debeant sacerdotes. Sic habes, Et dixit Dominus ad Moisen<sup>3</sup>, Sacerdos uxorem accipiat virginem de semine patrum suorum; viduam vero et destitutam, aut a vivo marito derelictam non accipiat. Bene audivi precipiente Domino Moisi, quia nec uxor debet sacerdoti digama convenire, ne honorem polluat sacerdotii. Sicut unius uxorius virum, sic unius viri mandat uxorem. Si ergo clericus monogamus fuerit, et uxor eius digama, noli eum ministerio applicare; digamam enim duxit uxorem. Hec Tito precepta apostolus de ordinandis clericis dedit. Et quia liber finem expectat, ad id redeamus unde digressi sumus. Nec si due aut tres pariter Dei ancille morentur, solum ad ea decet ingredi sacerdotem. Si quis hec precepta non observaverit, hostis est anime sue. Quod si post nostra monita, agapetas aliquis clericus amplius quesierit amare quam Christum, secundum sinodalem regulam conveniatur, et precepta patrum in Nicea diffinita ei legantur. Iam vero si conversus predicta reliquerit, consecuti sumus maximum lucrum. Alio quin talis ab ecclesia anathematizandus est. Germinant enim feminine cum viris habitantes spinas, et arcana mentium acuto mucrone percutiunt. Proh nefas. Dolor est dicere, sed preterire non decet, Christo iste voverunt nubere non<sup>4</sup> clericis. (*tomo II, incipit Sophronius Eusebius*).

<sup>1</sup> et CPM; om. D

<sup>2</sup> rubr. before insc. M

<sup>3</sup> Et - Moysen as rubric PV, not CBDM

<sup>4</sup> non CPM; cum D

### 383

*Augustinus ex libro De catechizandis rudibus. Ut Christiani scholastici solecismos<sup>1</sup> quorundam pie<sup>2</sup> tolerent sacerdotum<sup>3</sup>*

Sedulo monendi<sup>4</sup> sunt scholastici, ut humilitate<sup>5</sup> induiti Christiani discant non contempnere, quos cognoverint morum vitia quam verborum amplius devitare, et corde casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam preferre consueverant.<sup>6</sup> His enim maxime utile est nosse ita esse preponendas verbis sententias, ut preponitur animus corpori. Ex quo fit ut ita malle debeant veriores quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores<sup>7</sup> quam formosiores habere amicos. Noverint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi amici affectum. Ita enim non irridebunt si aliquos antistites et ministros ecclesie forte animadverterint, vel

<sup>1</sup> -ismos CBDFr; -ismo PV; -ismus M

<sup>2</sup> pie CPBD; om. M

<sup>3</sup> rubr. before insc. DM

<sup>4</sup> mon- CPM; ammon- D

<sup>5</sup> humilitate CPM; humanitate D

<sup>6</sup> ferre audeant – preferre con in mg. P; (Paulo post) add. M<sup>2</sup>

<sup>7</sup> audire sermones sicut – prud. in mg. P

cum barbarismis et solecismis Deum invocare, vel eadem verba que pronuntiant non intelligere, perturbateque distinguere, non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id quod plane intelligit, dicat amen, sed tamen pie toleranda sunt ab eis qui didicerint, ut sono in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnunquam forte bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest.

(cap. 9). Ctp 3.10.18 (Dist. 38, c. Sedulo mon.)

### 384

*Item<sup>1</sup> Augustinus de vita clericorum. Pro excessu correctionis<sup>2</sup> non esse petendam veniam<sup>3</sup> a subditis<sup>4</sup>*

Quando necessitas discipline moribus<sup>5</sup> coercendis dicere vos dura verba compellit, si etiam in ipsis modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur, ut a vobis subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit eos quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis.

(epist. 109, ad monachas). Ctp 3.10.19 (Dist. 86, c. Quando nec.)

<sup>1</sup> Item CPD; om. HM

<sup>2</sup> -essu correctionis PDM; -essus correctione CH

<sup>3</sup> pet. ven. CPD; ven. pet. M

<sup>4</sup> Pro - subd. here CPH; om. B; before insc. DM

<sup>5</sup> [minoribus] add. M<sup>2</sup>

### 385

*Idem in epistola ad Bonifacium<sup>1</sup>. Cur permittantur<sup>2</sup> fungi officiis suis revertentes ab heresi*

Si, inquiunt, oportet, ut nos extra ecclesiam et adversus ecclesiam fuisse peniteat, ut salvi esse possimus, quomodo post istam penitentiam apud vos clerici vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera (quod fatendum est) fieri non deberet, nisi pacis ipsius compensatione sanaretur. Sed sibi hoc dicant et multo maxime humiliter doleant qui in tanta morte precisionis iacent, ut isto quodam vulnere matris catholice reviscant. Cum enim precisus ramus inseritur, fit aliud vulnus in arbore, quo possit recipi ut vivat, qui sine vita radicis peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit, et vigor consequitur et fructus , si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus, ut nullo preciso ramo qui intus est, ille qui foris est inseratur, non tamen nullo, sed vel levissimo arboris vulnere. Ita ergo et isti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quamvis post erroris sui penitentiam honor clericatus, aut episcopatus aufertur; fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris, contra integritatem severitatis, verumtamen quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precibus fusis coalescente insitorum pace ramorum; charitas cooperit multitudinem peccatorum.

(epist. 50, non ita procul a fine). Prol. 126-7; Ctp 3.10.20 (23, q. 4, c. Ipsi pietas.)

<sup>1</sup> insc. after rubr. D

<sup>2</sup> -antur CPD; -untur M

## 386

*Cur<sup>1</sup> penitentes non sint in clericatu<sup>2</sup>. Item ibidem<sup>3</sup>*

Ut enim constitueretur in ecclesia ne quisquam post alicuius criminis penitentia clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu permaneat, non desperatione indulgentie, sed rigore factum est discipline. Alioquin contra claves datas ecclesie disputabitur de quibus dictum est, Que solveritis in terra, soluta erunt in celo. Sed ne forsitan etiam de ceteris criminibus spe honoris ecclesiastici, animus intumescens superbe ageret penitentiam, severissime placuit ut post actam de crimine dampnabili penitentiam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior et verior esset humilitatis. Nam et sanctus David de criminibus mortiferis egit penitentiam, et tamen in honore suo perstitit. Et beatum Petrum quando amarissimas lacrimas fudit, utique Dominum negasse penituit, et tamen apostolus mansit. Sed non ideo supervacua putanda est posteriorum diligentia, qui ubi saluti nihil detrahetur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorum factas penitentias, per affectatas honorum potentias. Cogunt enim multas invenire medicinas, multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis, ubi per graves dissentionum scissuras, non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis charitas sincera<sup>4</sup> subveniat.

*cf Prol. 126 for last sentence; Ctp 3.10.21 (Dist. 50, c. Ut constitueretur.)*

<sup>1</sup> publice add. M, om. CPD?

<sup>2</sup> Cur - in cler. CP<sup>2</sup>DM; om. PVB

<sup>3</sup> Item ibid. add. M, om. CD (which break) PVB (with no break)

<sup>4</sup> -era CPDM; -ere Fr

## 387

*Item ibi<sup>1</sup>. Cur Donatiste correcti ministrare sunt permissi<sup>2</sup>*

Hoc erga istos ab initio servavit Africana catholica ex episcoporum sententia, qui in ecclesia Romana inter Cecilianum et partem Donati iudicaverunt, dampnatoque uno quodam Donato qui auctor scismatis fuisse manifestatus est, ceteros correctos, etiamsi extra ecclesiam ordinati essent, in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt, non quo etiam foris ab unitate corporis Christi possent habere Spiritum sanctum, sed maxime propter eos quos foris positi possent decipere, et a susceptione illius muneris impedire; deinde ut etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret, iam nulla pertinacia claudente oculos cordis, adversus evidentiam veritatis.

*(paulo post). Ctp 3.10.22*

<sup>1</sup> Item ibi CPD; Ibidem after rubr. M

<sup>2</sup> sunt perm. CPD; perm. sint M; Cur - perm. om. B

## 388

*Idem in epistola ad clerum, et universam plebem ecclesie Hipponensis. De vitando preiudicio<sup>1</sup>*

Nomen presbiteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius vel supprimere vel delere, ne divine potestati, sub cuius examine causa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio prevenire. Quod nec in

<sup>1</sup> De vit. prei. here CPH; om. B; De prei. vit. before insc. DM

negotis secularibus iudices faciunt, quando cause dubitatio ad maiorem potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in episcoporum concilio constitutum est, nullum clericum qui nondum convictus sit suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentaverit.  
(*epist. 137*). Ctp 3.10.23 (2, q. 1, c. *Nomen presbyteri*.)

## 389

*Item<sup>1</sup> Augustinus in epistola ad Valerium<sup>2</sup>. De onere presbiteri<sup>3</sup>*

Domino beatissimo et venerabili et in conspectu Domini sinceritate<sup>4</sup> charissimo patri Valerio Augustinus presbiter in Domino salutem. Ante omnia peto ut cogitet religiosa<sup>5</sup> prudentia tua nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore, facilius et levius, et hominibus acceptabilius episcopi, aut presbiteri, aut diaconi, officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur, sed nihil apud Deum miserius et tristius et dampnabilius. Item nihil esse in hac vita, et maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi, aut presbiteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo noster imperator iubet. Quid autem iste sit modus nec a pueritia, nec ab adolescentia mea didici. Et eo tempore quo discere ceperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram.

(*epist. 148*). Ctp 3.10.24 (Dist. 40, c. *Ante omnia*.)

<sup>1</sup> Item CP; Idem D; *om.* M

<sup>2</sup> episcopum *add.* M, *om.* CPD

<sup>3</sup> rubr. here CP, before insc. DM, *om.* B

<sup>4</sup> -eritate CPD?; -eriter M

<sup>5</sup> religiosa CVBDM; regiosa P

## 390

*Idem<sup>1</sup> in epistola ad Eusebium. De vitando<sup>2</sup> inordinato accessu<sup>3</sup> sanctimonialium<sup>4</sup>*

Subdiaconus quondam Spaniensis ecclesie, vocabulo Primus, cum ab accessu indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata et sana precepta contempneret, a clericatu remotus est.

(*epist. 69*). Ctp 3.10.25 (24, q. 1. *Subdiaconus*.)

<sup>1</sup> Idem CPD; Augustinus M

<sup>2</sup> vitando CPD; *om.* M

<sup>3</sup> -essu CPM; -essum D

<sup>4</sup> rubr. before insc. D

## 391

*Idem in eadem epistola<sup>1</sup>. De eodem<sup>2</sup>*

Ego, si Domino placet, istum modum servo, ut quisquis apud eos propter disciplinam degradatus ad catholicam transire voluerit, in humiliatione penitentie recipiatur, quo et ipsi eum forsitan cogerent, si apud eos manere voluisset.

(*Proxime post.*) Ctp 3.10.26

<sup>1</sup> Item (Idem M) - epist. CPM; *om.* D

<sup>2</sup> De eodem CP; *om.* D; Ut transiens ab haereticis in humilitate poenitentiae recipiatur before insc. M

**392**

*'Augustinus in epistola ad Pascentium comitem Arrianum<sup>2</sup>*

Iniquum est ut quisque iudicare de alio<sup>3</sup> velit, et iudicari de se nolit.  
(epist. 174). Ctp 3.10.27 (32, q. 6, c. Iniquum est.)

<sup>1</sup> Ut quisque alterius iudicium suscipiat, quod ipse de alio iudicare velit add. as rubr. M

<sup>2</sup> Arrianum CP; Africanum M

<sup>3</sup> iud. de alio CPM; de alio iud. D

**393**

*Epistola Cipriani ad presbiteros et diacones<sup>1</sup> plebemque<sup>2</sup> Furnensem<sup>3</sup>. Ne clericis  
secularia negotia tractent<sup>4</sup>*

Ciprianus presbyteris, et diaconibus,<sup>5</sup> plebi Furnensi<sup>6</sup> consistentibus salutem. Iampridem concilio episcoporum statutum est ne quis de clericis et Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo nominaverit<sup>7</sup>; quoniam singuli divino sacerdotio honorati, et in clero ministerio constituti, nonnisi altari et sacrificiis deservire, et precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim , Nemo militans Deo, obligat se molestiis secularibus, ut possit placere ei cui se probavit<sup>8</sup>. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes et salubriter providentes, censuerunt ne quis excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei merentur<sup>9</sup> nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes et ministros volunt<sup>10</sup> avocare.

(epist. 9, lib. I, alias epist. 66). Quad. 4.314; CB Varia II 76 (much mod.)] Ctp 3.10.28 (21, q. 3, c. Cyprianus.)

<sup>1</sup> -nes CPD; -nos M

<sup>2</sup> plebemque P<sup>2</sup>VM; plebem et C; et plebem BD

<sup>3</sup> -ur- ss P

<sup>4</sup> Ne - tract. CPD; before insc. M; om. B

<sup>5</sup> et add. M, om. CPBD

<sup>6</sup> Furnensi CPBD; Furnis M

<sup>7</sup> [constitutat, orig.] add. Fr

<sup>8</sup> (Post aliquot versus) add. M<sup>2</sup>

<sup>9</sup> merentur CPD; meretur M, [merentur] add. M<sup>2</sup>

<sup>10</sup> volunt CPD; voluit M, [volunt] add. M<sup>2</sup>

**394**

*Unde supra<sup>1</sup>. Ex<sup>2</sup> eadem epistola*

Mollitiis<sup>3</sup> et secularibus rebus laqueisque obligari non debent, qui divinis rebus et spiritualibus occupati sunt, nec ad terrenos et seculares actus vacare.

(ibidem aliquanto superius). Quad. 4.315] Ctp 3.10.29 (21, q. 3, c. Mollitiis.)

<sup>1</sup> Unde supra CPBD; De eadem re M

<sup>2</sup> Ex CPM; In D

<sup>3</sup> [Molestiis] add. M<sup>2</sup>; [Molestiis et laq. saecul. orig.] add. Fr

**395**

*Cuius supra. Ex eadem re<sup>1</sup>*

Hi<sup>2</sup> qui in ecclesia Domini ad ordinationem clericam<sup>3</sup> promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur , ne<sup>4</sup> molestis et secularibus negotiis alligentur , nec ab altariis et sacrificiis recedant, sed die ac nocte celestibus rebus et spiritualibus serviant.

(*ibidem paulo inferius*) *Quad. 4.316; CB Varia II 76 mod.] Ctp 3.10.30 (21, q. 3, c. Hi. qui in ecclesia.)*

<sup>1</sup> Cuius sup. Ex eadem re CPB; Cuius supra in eadem re D; Item de eodem M

<sup>2</sup> Hi CPDM; Si B

<sup>3</sup> -cam CPB; -calem DM

<sup>4</sup> [nec] add. M<sup>2</sup>

**396**

*Item. Cuius supra<sup>1</sup>*

Sacerdotum secretum<sup>2</sup> religiose et necessarie factum servetur a nobis. Simul et ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes et ministros Dei altari eius et ecclesie vacantes, ad seculares molestias devocet. Observari enim de cetero poterit, ne quis ultra hoc faciat circa personam clericorum, si quod nunc factum est, fuerit vindicatum,

(*ibid. in calce epist.*) *Quad. 4.317] Ctp 3.10.31*

<sup>1</sup> Item. Cuius supra CPD; De eadem re. Idem M

<sup>2</sup> secretum CPD; decretum M

**397**

*Isidorus ad Massionem<sup>1</sup> episcopum. Quod<sup>2</sup> clerici sint reparandi post lapsum<sup>3</sup>*

Quod in epistolis venerabilis fraternalitas tua innotuit, nulla est in huiusmodi sententiis decretorum diversitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post penitentiam, alibi post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis<sup>4</sup> meritum. Hec enim<sup>5</sup> diversitas hoc modo distinguitur. Illos enim ad pristinos officii gradus redire canon precepit, quos penitentie precessit satisfactio et digna peccatorum confessio. At contra hi qui nec a vitio corruptionis<sup>6</sup> emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur<sup>7</sup>, nec gradum utique honoris, nec gratiam communionis accipiunt. Ergo ita est utraque dirimenda sententia, ut necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per penitentiam meruerunt reconciliationem divine pietatis. Nec immerito hi consequuntur adepte<sup>8</sup> dignitatis statum, qui per penitentiam recepisse noscunt vite remedium.

(*inter opera D. Isidori, De lapsu sacerdotis et reparacione*). *Ctp 3.10.32*

<sup>1</sup> Mass- CPM; Mans- DH

<sup>2</sup> Quod CDH; Qui PM

<sup>3</sup> sint rep. post lapsum CPDH (D rubr. before insc.); recipiendi sint post lapsum, qui non M; Qui - lapsus om. B

<sup>4</sup> ordinis CP; ? D; honoris M; hon. [ordinis, orig. et vict.] Fr

<sup>5</sup> enim CPDM; om. Fr

<sup>6</sup> [correpti, orig.] add. Fr

<sup>7</sup> vindicare quadam – nituntur in mg. P

<sup>8</sup> [ademptae, orig.] add. Fr

## 398

*Idem in eadem<sup>1</sup>. Quare septem anni abstinentie penitentibus iniungantur<sup>2</sup>*

Nec ipsum quod canonum censura post septem annos remeare penitentem in statum pristinum precipit, electione proprii arbitrii, sed potius sancti pat res ex sententia divini iudicii sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Aaron prophetissa dum detractionis adversus Moisen incurrisset delictum, illico stigmate lepre perfusa<sup>3</sup> est. Cumque peteret Moises ut emendaretur, precepit eam Dominus extra castra septem diebus egredi, et post emundationem rursus eam intra castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, que dum superbie dedita sordidissimis cogitationum maculatur contagiis<sup>4</sup>, extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sancte ecclesie septem annis proicitur, ubi post emendationem vitiorum, loci vel pristine dignitatis recipiet<sup>5</sup> meritum. Et post pauca<sup>6</sup>. In fine autem epistole, hoc adiciendum putavi, ut quotiescumque in gestis conciliorum discors sententia invenitur, illius magis teneatur sententia, cuius antiquior et potior extat auctoritas.

*Ctp 3.10.33*

<sup>1</sup> Idem in eadem CPDH; Ibidem *after rubric* M

<sup>2</sup> Quare - iniung. CPDH; *om. B*

<sup>3</sup> perfusa CPH; ? D; percussa [perfusa] M, orig. et Vict. *add. Fr*

<sup>4</sup> mac. cont. CPD; illecebris [contagiis] maculatur M

<sup>5</sup> -piet CPDM; -pit Fr

<sup>6</sup> et post pauca *in text CBDHM; as rubric, with break P*

## 399

*Fructuosi episcopi<sup>1</sup>. De diligenti investigatione iudicii<sup>2</sup>*

Quilibet causa in<sup>3</sup> conventu omnium fratrum est ventilanda, et iuste ac subtiliter perscrutanda, ne fortasse<sup>4</sup> dolositate et malitia senioris innocens iunior opprimatur. Rectori<sup>5</sup> iuxta persone acceptancem, non liceat iudicare, neque aliquem fraudulenter, vel iniuste dampnare; sed, ut dictum est, spiritualium vel veridicorum fratrum in huiuscemodi rebus est alia tradenda, et retinenda sententia, qui sibi Dei iudicium ponentes pre oculis, non permittant pessime opprimere animam innocentis.

*(in eius regula, c. 4) Ctp 2.50.9/ Ctp 3.10.34*

<sup>1</sup> Fruct. ep. *here* CPD, *after rubr.* M

<sup>2</sup> De - iud. CPDM; *om. B*

<sup>3</sup> conspectu vel *add. D, om. CPM*

<sup>4</sup> fortasse CPD; forte M

<sup>5</sup> [adde : ab abbatte vel praeposito, ex or.] *add. Fr*

## 400

*De his qui, post ordinationem vel ante<sup>1</sup>, criminis<sup>2</sup> commiserunt. Ex<sup>3</sup> epistola Rabani archiepiscopi ad Heribaldum, ex concilio Hilerdensi, cap. 10<sup>4</sup>*

De his vero visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habent, et ante vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, ut mihi videtur hec distantia esse debet<sup>5</sup>, ut hi qui deprehensi vel capti fuerint

<sup>1</sup> post ord. vel ante CPM; ante ord. vel post D

<sup>2</sup> publice *add. M*

<sup>3</sup> Ex CVBDM; De P

<sup>4</sup> ex conc. – 10 CRPBDM; *om. H*

<sup>5</sup> esse deb. PVBDM; deb. esse CH

publice in periurio, furto atque<sup>6</sup> fornicatione, et<sup>7</sup> ceteris huiusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta a gradu proprio deponantur; quia scandalum est populo Dei tales personas superpositas<sup>8</sup> habere, quas ultra modum vitiosas esse constat. Nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli peccantibus fecisse leguntur; et rebelles hinc atque contrarii existentes<sup>9</sup> eorum pravis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis peccatis abscondite a se admissis per occultam confessionem coram oculis Dei, presente etiam sacerdote, qui eis indicturus est penitentiam confitentur<sup>10</sup>, et semetipsos graviter deliquisse queruntur, si se per ieiunia et elemosinas, vigiliasque<sup>11</sup> et sacras orationes cum lacrimis purgare certaverint, his etiam, gradu servato, spes venie de misericordia Dei promittenda est.

(Rabanus, c. 1, lib. penitentium). BD 19.150] Ctp 3.10.35; IP 3.152 (Dist. 50, c. De his.)

<sup>6</sup> furto atque CPM; adulterio D

<sup>7</sup> in add. D, om. CPM

<sup>8</sup> [super se pos., orig.] add. Fr

<sup>9</sup> et add. D, om. CPM

<sup>10</sup> -entur CPM; -entium D

<sup>11</sup> -asque CPM; -aque D

## 401

### *De iniuriis clericorum<sup>1</sup>. Ex libro capitularium<sup>2</sup>*

Si quis ministros ecclesie subdiaconum, lectorem, exorcistam, acolitum<sup>3</sup> iniuriaverit, aut percosserit, vel plagiaverit<sup>4</sup>, componat hoc tripliciter, sicut solent componere parentes eius. Diaconi vero, presbiteri atque episcopi iniuria in quadruplum<sup>5</sup> componatur. Reliquorum autem clericorum iniuria componatur<sup>6</sup> sicut parentum eorum. Monachorum quoque qui secundum regulam in monasterio vivunt, iniuria dupliciter componatur, secundum genealogiam suam, et<sup>7</sup> reverentia sit Deo et ecclesie, et pax eis qui illi serviunt.

BenL 1.336(E)] Ctp 3.10.36

<sup>1</sup> et compositione eorum add. M, om. CPBD

<sup>2</sup> -larium PV; -lorium C<sup>2</sup>; lar' B; -lorum DM

<sup>3</sup> [ostiarium, orig.] add. Fr

<sup>4</sup> [al., plagaverit] add. Fr

<sup>5</sup> in quad. ss P

<sup>6</sup> Reliquorum - componatur in mg. P

<sup>7</sup> [ut, orig.] add. Fr

## 402

### *In quinto libello capitularum 185<sup>1</sup>. Quod<sup>2</sup> canonici in claustris<sup>3</sup> vivere debeant*

In omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas, decrevimus ut canonici clerici canonice vivant, observantes divine scripture doctrinam, et documenta sanctorum patrum, et nihil sine licentia episcopi sui vel magistri eorum incomposite<sup>4</sup> agere presumant. In unoquoque episcopatu ut simul manducent et dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit; vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt in suo

<sup>1</sup> In quinto lib. cap. 185 CP; In decimo lib. cap. 85 D; Lib. (Ex lib. Fr)V Capitulorum, cap. 185 M after rubr.

<sup>2</sup> Quod CPD; Quomodo M

<sup>3</sup> claustris CPD; claustro M

<sup>4</sup> [composite, orig.] add. Fr

claustro maneant, et singulis diebus mane prima<sup>5</sup> ad lectionem veniant et audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, et obedientiam secundum canones, suis magistris faciant<sup>6</sup>.

*BenL 1.185(E)] Ctp 3.10.37 (De const. dist. 5, c. In omnibus.)*

<sup>5</sup> [Hora prima] add. M; [primo] add. Fr

<sup>6</sup> [exhibeant, orig.] add. Fr

### 403

*191<sup>1</sup>. Anathematizandos<sup>2</sup> qui clericis iniurias inferunt<sup>3</sup>*

Quicumque iudex aut<sup>4</sup> secularis presbitero, aut diacono, aut cuilibet clero, aut de iunioribus, absque auditentia episcopi vel archidiaconi, aut archipresbiteri, iniuriam inferre presumpserit, anathema ab omnium Christianorum consortio habeatur.

*BenL 1.192(E); Chartres BM 193(172); cf 16.206 below] Ctp 3.10.38 (cf 3.29.134)*

<sup>1</sup> 191 CP; Ibid. cap. 191 *after rubr.* M

<sup>2</sup> Anathematizandos CPD; Ut anathematizentur M

<sup>3</sup> cler. iniur. inf. CPM; iniurias faciunt D

<sup>4</sup> aut CPM; om. D

### 404

*Quid agendum sit de occulte infamantibus<sup>1</sup>*

Qui famosam chartam ad cuiuscumque<sup>2</sup> iniuriam et maculam conscripserit<sup>3</sup> in secreto, et in<sup>4</sup> publico affixerit, inveniendamque proiecerit, illum contra quem posita chartula est non nocebit, nec fame eius aliquid derogabit, sed si inveniri potuerit, qui huiusmodi chartulam fecit, constringatur ut probet que scripsit. Qui si etiam que scripsit probare non potuerit, fustigetur, qui infamare maluit quam accusare.

*cf below, 16. 248; Ctp 3.10.39 (cf 3.29.172)*

<sup>1</sup> Item add. M

<sup>2</sup> ad cuiuscumque CPM; alicuiuscumque D

<sup>3</sup> conscripserit CPM; contempserit D

<sup>4</sup> in CPM; om. D

### 405

*Alexander II Gebonardo<sup>1</sup> Iuvanensi<sup>2</sup> archiepiscopo<sup>3</sup>. Ne epilepticus missam celebret<sup>4</sup>*

In litteris tuis continebatur<sup>5</sup> sic. Hic clericus ordinem habet presbiterii, sed quia caduco morbo laborat, et ipsi hoc impresentiarum agnovimus, non ausi fuimus<sup>6</sup> ei concedere ut offerret, vel missam celebraret. Quia vero languor non in culpa est, super hac re auctoritatis nostre decreto consulendum<sup>7</sup> deliberavimus. Consulimus itaque ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione omnimodis et missarum

<sup>1</sup> Gebon- CPBHM; Rebornardo D; Genob- Fr

<sup>2</sup> [Vivacensi, al., Viennensi Grat.] add. Fr; Iuvanehs H

<sup>3</sup> -opo CPM; -opi D

<sup>4</sup> Ne epil. miss. cel. CPBH; Ne epilepticus id est caducus missam cel. D; De presbytero caduco morbo laborante *before insc.* M

<sup>5</sup> -ebatur PVDM; -ebitur C; -etur C<sup>2</sup>; -uabatur B; [continetur] add. M

<sup>6</sup> in mg. D

<sup>7</sup> [consulendo, Gratian.] add. Fr

celebratione prohibeatur. Indecens enim est et periculosissimum ut hoc ei accidat, quatenus in consecratione eucharistie morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei misericordia convaluerit, quandoquidem non culpa sed infirmitas est in causa, eum sacrificare iam non interdicimus<sup>8</sup>.

*CB Alex. II 82] Ctp 3.10.40 (7, q. 2, c. In litteris.)*

<sup>8</sup> non int. CPM; int. minime D

#### 406

*Urbanus secundus Gebehardo<sup>1</sup> episcopo<sup>2</sup> Constantiensi<sup>3</sup>. De ordinatis ab<sup>4</sup> excommunicatis<sup>5</sup>*

Ut<sup>6</sup> ab excommunicatis quondam tamen<sup>7</sup> catholicis episcopis ordinatos, siquidem simoniace ordines ipsos non acceperint, et si episcopos ipsos Simoniacos non fuisse constiterit, ad hoc si eorum religiosior vita et doctrine prerogativa visa fuerit promereri, penitentia indicta quam congruam duxeris, in ipsis quos acceperunt ordinibus, permanere permittas. Ad superiores autem ascendere non concedimus, nisi necessitas et utilitas maxima flagitaverit, et ipsorum sancta conversatio promeruerit, et hoc tamen ipsum rarius cum cautela est precipua concedendum.

*JL 5393, Somerville, Collectio Britannica 134-51; CB Urban II 38b; Ctp 1.67.1; Ars. 713 fo. 131v] Ctp 3.10.41 (9, q. 1, c. Ab excommunicatis.)*

<sup>1</sup> Gebehardo CP; Gebelardo D; Gebeardo H; Gebhardo [Gebeardo] M; Gebbardo Fr

<sup>2</sup> et add. D, om. CPM

<sup>3</sup> ep. Const. CPB; Const. ep. DM

<sup>4</sup> corr. fr. per- D

<sup>5</sup> rubr. here CPD, before insc. M, om. B

<sup>6</sup> Ut CRPBDM; Et H

<sup>7</sup> tamen CPHM; om. D

#### 407

*Idem Anselmo archiepiscopo Mediolanensi<sup>1</sup>. De modo reconciliandi<sup>2</sup>*

Discretioni nostre videtur, quatenus secundum precepti nostri tenorem, quando secundum ecclesie vestre morem sacros datus quibuslibet aliis ordines, benedicere ceperis, eos quos tua duxerit solertia reconciliandos, inter benedicendum et manus imponendum facias interesse, quibus cetera omnia consecrationis instrumenta preter unctionis explebis, et sic ad sancta ministeria reconciliabis.

*JL 5378, Somerville, Collectio Britannica 87-91; CB Urban II 23b]*

<sup>1</sup> arch. Med. CPBD; Med. arch. M

<sup>2</sup> rubr. here CPD, before insc. BM

#### 408

*Urbanus II Radulfo comiti. Quod<sup>1</sup> nullus secularis super clericos habeat potestatem<sup>2</sup>*

Nosse te volumus quia nulli seculari Domino potestatem in clericos habere licet; sed omnes clerici episcopo soli esse debent subiecti. Quicumque vero aliter presumpserit, canonice procul dubio sententie subiacebit.

*(epist. 14) JL 5722*

<sup>1</sup> Quod CPBDH; Ut M

<sup>2</sup> rubr. here CPBDH, before insc. M

**409**

*Alexander secundus Rumaldo<sup>1</sup> Constantiensi episcopo. De eo qui sine subdiaconatu<sup>2</sup> factus est diaconus<sup>3</sup>*

Sollicitudo dilectionis tue studuit consulere, utrum portitor istarum litterarum diaconatus et presbiteratus officium sit idoneus peragere, nec ne, cum ad id prepropero cursu videlicet sine subdiaconatus ordine, negligentia potius quam superbia cognoscatur ascensisse. Unde nos consulendo charitati tue, mandamus ut ab officio sacerdotali eum prohibeatis, donec proximo Quatuor Temporum ieunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, et sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

*CB Alex. II 54] (Dist. 52, c. Sollicitudo)*

<sup>1</sup> [Grimaldo] add. M

<sup>2</sup> -natu CPHM; -no D

<sup>3</sup> -onus CVBDHM; -ono P; rubr. before insc. HM

**410**

*Decretum Gregorii VII et Urbani II. De filiis sacerdotum<sup>1</sup>*

Presbiterorum filios a sacri altaris ministeriis removendos decernimus, nisi aut in cenobiis, aut in canonicis regularibus<sup>2</sup> religiose probati fuerint conversari.<sup>3</sup>

*C. Melfi c. 14, Somerville, Collectio Britannica 247; CB Urban II 47 ii, Ars. 713 fo. 132v] Ctp 3.10.42; IP 3.51 (Dist. 56, c. Presbyterorum.)*

<sup>1</sup> rubr. before insc. M

<sup>2</sup> [reg. non habetur in orig.] add. Fr

<sup>3</sup> L continues: sicut satius est mori fame - est nuptiarum cf c 415 below, but longer

**411**

*Urbanus II abbati Sancti Rufi. De stabilitate canoniconum<sup>1</sup> regularium<sup>2</sup>*

Statuimus ne professionis canonice quispiam, postquam Dei vice super caput sibi hominem imposuerit, alicuius levitatis instinctu, vel districtioris religionis obtentu, ex eodem claustro audeat sine abbatis totiusque congregationis permissione discedere; discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, et nullus monachorum sine communi litterarum cautione, suscipiat.

*JL 5763] Ctp 3.10.43*

<sup>1</sup> et add. M, om. CPBDFr

<sup>2</sup> rubr. before insc. M

**412**

*Urbanus Hugoni Lugdunensi episcopo. De ordinatis a non suis<sup>1</sup> episcopis<sup>2</sup>*

Lugdunensis parochie<sup>3</sup> clericos, quos contra statuta canonum ab alterius parochie episcopis ordinatos litterarum tuarum significatione monstrasti, cum graduum suorum honore recipere religionis tue poterit prudentia, si eos alias canonice

<sup>1</sup> a non suis RPHM; non a suis CV; a suis non D

<sup>2</sup> rubr. before insc. RHM

<sup>3</sup> parochie CRPH; ecclesie DM; Eccl. [parochiae, Gr. et Vict.] Fr

et sine pravitate aliqua constiterit ordinatos; si tamen eorum vitam probabilem id indulgentie perspexeris promereri<sup>4</sup>. Legimus quippe sanctum Epiphanium episcopum e diocesi sancti Iohannis Chrisostomi quosdam clericos ordinasse. Quod sanctus vir omnino non fecisset, si eis detrimentum fore perpenderet. Quos ergo recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, iniuncta satisfactionis gratia, propter ecclesiam quam offenderunt, congrua penitentia, miserationis intuitu, in suo quemque honore recipies, salva in omnibus sanctorum canonum disciplina.

*Ctp 3.10.44 (9, q. 2, c. Lugdunensi.)*

<sup>4</sup> (Vide socratem, ecclesiasticae historiae li. 6, cap. 12 et 13) add. M<sup>2</sup>

### 413<sup>1</sup>

*2Hieronimus in epistola contra Rufinum*

Nasci de adulterio non est eius culpa qui nascitur, sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, que confovet; non semen quod in sulcis iacit; non humor et calor quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed, verbi gratia, fur et latro qui fraude et vi eripit semina. Sic genus humanum recipit terra, id est vulva, quod suum est, et receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit; et inter illas sacri ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis Creator et anime. Noli despicere bonitatem figuli qui te plasmavit et fecit ut voluit; ipse est Dei virtus, et Dei sapientia que in utero Virginis edificavit sibi domum. Iephte inter viros sanctos apostoli voce numeratus meretricis est filius. Esau ex Rebecca et Isaac hispidus tam mente quam corpore, quasi bonum triticum in lolium avenasque degenerat, quia non in seminibus, sed in voluntate noscentis causa vitiorum est atque virtutum.

*(lib. II, ep. ad Pammach. adversus errores Ioannis Hierosolymi.) Ctp 3.10.47 (Dist. 56, c. Nasci de adulterio)*

<sup>1</sup> c 413 here CRHM; after 416 PVB; om. D; hic variat ordo capitum in Victor. add. in note Fr

<sup>2</sup> Non obesse in honestatem parentum filii honeste viventibus add. as rubr. (cf below) M

### 414

*Chrisostomus super Mattheum homilia 3. Non obesse in honestatem<sup>1</sup> parentum filiis honeste viventibus<sup>2</sup>*

Nunquam de vitiis erubescamus parentum, sed unum illud queramus semper, amplectamurque virtutem. Huiusmodi enim etiamsi alienigenam habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet huiusmodi dedecore sordidatam, nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conversum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus et adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non decoloratur opprobriis. Item. Non est omnino, non est nec de virtute, nec de vicio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus, nemo inde vere aut obscurus aut clarus est. Imo etiam, ut consideratus aliquid dicamus ac expressius, nescio quomodo magis ille resplendet, qui natus est ex parentibus a virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

*(ad locum Mat. Iudas autem genuit Phares, cap. 1). CB Varia 1B 22; Ctp 2.14.7J (Dist. 56, c. Nunquam.)*

<sup>1</sup> -atem CV; -ate B; ? P; in honesta. Item de D

<sup>2</sup> Non - viventibus CPBD; De eodem before insc. M

## 415

<sup>1</sup> *Sententia beati Augustini<sup>2</sup> de bono coniugali, lib. I unde supra<sup>3</sup>*

<sup>4</sup> Undecumque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicunque homine Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem filii boni adulterorum nulla defensio est adulteriorum<sup>5</sup>, sic mali filii coniugatorum nullum crimen est nuptiarum.

*Ctp 3.10.45 (Dist. 56, c. Undecunque.)*

<sup>1</sup> De eadem add. as rubr. M

<sup>2</sup> Sent. beati Aug. CPD; Augustinus B; Sent. Aug. M

<sup>3</sup> lib. 1 unde sup. CBD; unde sup. lib. I P; om. H; cap. 16 M

<sup>4</sup> RH add here: Sicut satius est mori fame quam idolotitis vesci, ita satius est defungi sine liberis quam ex illico concubitu stirpem querere.

<sup>5</sup> est adulteriorum CPH; adulteri D; est adulterii M; [adulteriorum, orig. et Vict.] add. Fr

## 416

*Idem in epistola ad Hieronimum presbiterum de origine anime. Unde supra<sup>1</sup>*

Illud quod in libro adversus Rufinum posuisti, quosdam huic sententie calumniari quod Deum dare animas adulterinis conceptibus videatur indignum, unde conantur astruere meritis geste ante carnem vite, animas quasi ad ergastula huius mundi iuste posse perduci, non me movet multa cogitarem, quibus hec calumnia possit refutari. Et quod ipse respondisti, non esse vitium sementis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo qui frumentum furatus est; nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confovere, qui sator immunda ea proiecerit manu, elegantissima similitudo est. Quam et antequam legerem nullas<sup>2</sup> mihi obiectio ista de adulterinis fetibus, in hac questione faciebat angustias, generaliter intuenti multa bona Deum facere, etiam de nostris malis<sup>3</sup> nostrisque peccatis. Animalis autem cuiuscumque creatio, si habeat prudentem piumque consideratorem, ineffabilem laudem Creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuslibet animalis, sed hominis? (epist. 28, in medio). *Ctp 3.10.46*

<sup>1</sup> Unde supra CPD; om. B; Item de eodem before insc. M

<sup>2</sup> nullas CPB?DCtp; nonnullas M; [nullas orig. et Vict.] add. Fr

<sup>3</sup> nostris malis in mg. P

## 417

*Augustinus in epistola<sup>1</sup> ad Bonifacium de baptismo. Utilis solutio<sup>2</sup> de baptismo, et parentum sacrilegio in filiis<sup>3</sup>*

Iam itaque cum homo<sup>4</sup> in seipso<sup>5</sup> ab eo qui genuit, alter est effectus, peccato alterius sine sua consensione, non tenetur obnoxius. Traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo, et in illo a quo traxit, quando quod traxit admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua unoquoque propria vita vivente, iam est unde dicatur,

<sup>1</sup> in ep. CPD; om. M

<sup>2</sup> Util. sol. CPD; om. M

<sup>3</sup> rubr. here CPD, om. B, before insc. M

<sup>4</sup> homo CPDM; bono B

<sup>5</sup> est add. Fr, om. CPBDM

Anima que peccaverit, ipsa morietur. Ut autem possit regenerari per officium voluntatis alienae cum offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus.

(epist. 23). Ctp 3.10.48 (1, q. 4, Iam itaque.)

### 418

*Felix in<sup>1</sup> secundo decretali<sup>2</sup> episcopis Gallie. Quod infamis de propria possit agere causa<sup>3</sup>*

Si accusatorum persone in iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad argendum non admittantur, nisi proprias causas asserere, et non tamen criminales, vel ecclesiasticas voluerint.

(Ex cap. 13 epist. decretalis) Ctp 1.24.6b] Ctp 3.10.49 (4, q. 6, et 3, q. 10, c. Si accusatorum.)

<sup>1</sup> in CPD; papa tertius M

<sup>2</sup> suo add. M

<sup>3</sup> rubr. here CPD, before insc. BM

### 419

*Decretum et responsio Leonis pape ad Karolum imperatorem. Quomodo purgare se debeant accusati sacerdotes<sup>2</sup>*

Omnibus vobis visu<sup>3</sup> aut auditu<sup>4</sup> notum esse non dubitamus, quod sepissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus<sup>5</sup> crima diversa obiciantur. Sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio et<sup>6</sup> satisfactio fiat, licet tempore bone memorie domini genitoris nostri<sup>7</sup> Pippini, sive priscis temporibus a sanctis patribus, et a reliquis bone devotionis<sup>8</sup> hominibus sepissime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, et ad<sup>9</sup> liquidum diffinitum reperire minime quivimus. Nostris quippe temporibus id ipsum a sanctis<sup>10</sup> episcopis, et reliquis sacerdotibus, ac<sup>11</sup> ceteris ecclesiastice dignitatis ministris nostris<sup>12</sup> in regnis seu in aliis Deo de gentibus, nobisque una cum eis agentibus sepissime propter multas et nimias reclamations, que ex hoc ad nos ex diversis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu domini et patris nostri Leonis apostolici, ceterorumque Romane ecclesie episcoporum, et reliquorum sacerdotum, sive orientalium et Grecorum patriarcharum et multorum sanctorum episcoporum et sacerdotum, nec non et nostrorum episcoporum omnium, ceterorumque sacerdotum ac levitarum auctoritate et consensu, atque reliquorum fidelium et cunctorum consiliariorum<sup>13</sup> nostrorum consultu diffinitum est, omnes vos<sup>14</sup> utriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum<sup>15</sup> est namque ratione et

<sup>1</sup> H omits all to Statutum est namque ratione

<sup>2</sup> rubr. before insc. M

<sup>3</sup> visu CPD; visum [visu] M, (orig. et Vict. add. Fr)

<sup>4</sup> auditu PBDM; di<c>tu C

<sup>5</sup> sac. before suadente D

<sup>6</sup> et CPM; aut D

<sup>7</sup> nostri CP?D; vestri M; [nostri] add. Fr

<sup>8</sup> devotionis CPM; vite D

<sup>9</sup> corr. fr. a P

<sup>10</sup> patribus add. D, om. CPM

<sup>11</sup> ac CPM; a D

<sup>12</sup> nostris CPD?; vestris M; vestris [nostris] Fr

<sup>13</sup> -ariorum CPM; -arium D

<sup>14</sup> omnes vos CM; vos omnes PD

<sup>15</sup> Statutum CPDM; Statutum B

necessitate atque auctoritate predicta, consultu omnium, ut quotiescumque cuique<sup>16</sup> sacerdoti crimen imponitur, si ipse<sup>17</sup> accusator talis fuerit, ut recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant in canonibus pleniter expressum est), si autem, ut dictum est, ille accusator qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo virorum numero et bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice diudicetur, et si culpabilis inventus fuerit canonice dampnetur. Si vero eum<sup>18</sup> supra scripto pretextu approbare ipse accusator minime potuerit, et hoc canonice diudicetur. Ipse ergo sacerdos si suspiciosus aut incredibilis suo episcopo aut reliquis suis consacerdotibus, sive bonis et iustis de suo<sup>19</sup> populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimine aut predicta suspicione remaneat cum tribus aut quinque vel<sup>20</sup> septem bonis ac vicinis sacerdotibus, exemplo Leonis pape qui duodecim episcopos in sua purgatione habuit, vel eo amplius si suo episcopo<sup>21</sup> visum fuerit, aut necesse<sup>22</sup> propter tumultum<sup>23</sup> populi perspexerit<sup>24</sup>, et cum aliis bonis et iustis<sup>25</sup> hominibus se sacramento coram populo, super quatuor evangelia dato, purgatum ecclesie reddat<sup>26</sup>. Si quis autem scire desiderat quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, et quid<sup>27</sup> de accusatore<sup>28</sup> faciendum sit, pleniter in canonibus reperiri<sup>29</sup> poterit.

(capitul. XLV, c. 34, et XLVII, c. 285) BenL 1.36(B); Cleop. C viii, fo. 47] Ctp 3.10.50; IP 5.3 (2, q. 5, c. Omnibus vobis.)

<sup>16</sup> cuique CPB; cuidam D; cuiquam M

<sup>17</sup> ipse CPM; per se D

<sup>18</sup> eum CPM; om. D

<sup>19</sup> suo pop. CPM; pop. suo D. episcopo aut rel. - de suo repeated P

<sup>20</sup> quinque vel CPM; om. D

<sup>21</sup> suo ep. CPB; ep. suo DM

<sup>22</sup> necesse CPM; necessitate D

<sup>23</sup> tumultum CVBDM; tumulum P

<sup>24</sup> pers- CDM; pros- PVB

<sup>25</sup> bon. et iust. CPM; iust. et bon. D

<sup>26</sup> reddat CVBDM; raddat P

<sup>27</sup> [quidquid or. et Grat.] add. Fr

<sup>28</sup> -atore CPFr; -atione DM

<sup>29</sup> -iri CPVH; -ire BDM

#### 420 (CRM)

*'Hincmarus Remorum episcopus et plebis Dei famulus<sup>2</sup> dilecto fratri et venerabili coepiscopo Iohanni salutem*

Si mala fama ex similitudine per parochiam de presbitero exierit, et accusatores ac testes legales defuerint, ne contra apostolum, infirmorum corda de mala fama presbiteri percutiantur, et ne vituperetur ministerium nostrum, neque securiores presbiteri existentes, licentius in peccatum labantur, secundum decreta maiorum, cum denominatis sibi vicinis presbiteris, quos scimus se nolle periurare, sacramento famam suam purget.

(epist. 53). Ctp 3.10.11 (2, q. 4, c. Si mala fama.)

<sup>1</sup> De eadem re add. M

<sup>2</sup> -lus CM; -lis Fr

**421**

*Constitutio sexta, cap. 7<sup>1</sup>. Ex libro constitutionum, de clericis apostatis<sup>2</sup>*

Quisquis sive lector, sive subdiaconus, sive diaconus<sup>3</sup>, sive presbiter, clericatus honorem contempserit, et in aliam vitam transierit, duorum alterum vel curiali conditioni cum suis facultatibus subiciatur, vel si plures curiales civitas habeat, sive ipse vilius sit, ad officiatem conditionem tradatur, id est<sup>4</sup> texeoticam<sup>5</sup>.

*Jul. epit. 6.7]*

<sup>1</sup> cap. 7 after apost. PV, here CBDM

<sup>2</sup> apostatis CPM; apostaticis D; De cler. ap. before Constitutio M

<sup>3</sup> sive diac. CPM; om. D

<sup>4</sup> id est CPBD; om. M

<sup>5</sup> tex- CPBD; tax- M. Graece est: η εν απορια προσταξεωτικην κατενεχθησεται τυχην quae verba Agyleus sic vertit: Aut egens ad apparitorum conditionem deiiciatur. add. M<sup>2</sup>

**422**

*Constitutio trigesima septima, cap. 28. De castitate clericorum<sup>1</sup>*

Clericus qui super lectores et cantores<sup>2</sup> est, veluti subdiaconus vel<sup>3</sup> diaconus, nullas nuptias contrahere audeat, alioquin a sacerdotio cadat. Lector quoque, si secundas contraxerit nuptias, ad maiorem gradum ordinis ecclesiastici prohibetur accedere. Laicus etiam si appareat uxori coniunctus esse que alium maritum habuit, aut si non iure coniunctus sit, aut si ipse aliam uxorem habuit, neque subdiaconus neque diaconus neque presbiter fieri potest. Et si clandestinis artibus ad consecrationem irrepserit, honore eius cadat<sup>4</sup>.

*Jul. epit. 36.29]*

<sup>1</sup> Const. - 28. De - cler. CD; Const. - sept. De - cler. c. 28 P; De cast. cler. Const. - 28 BM

<sup>2</sup> lect. et cant. CPM; cant. et lect. D

<sup>3</sup> vel CPM; et D

<sup>4</sup> cadat CPM; careat D

**423**

*Constitutio quadragesima nona, cap. 2<sup>1</sup>. Ne laicus in ecclesia quam facit ex propria elemosina sine licentia episcopi clericos constituat<sup>2</sup>*

Si quis ecclesiam edificaverit, aut clericis annonam ex substantia sua dederit, non licet ei quos voluerit clericos in eadem ecclesia facere. Sed si voluerit quosdam sibi consecrari, offerat eos beatissimo patriarche, et, si ille viderit eos dignos, consecret, et si non probaverit, arbitrio suo reiciat<sup>3</sup>.

*Jul. epit. 51.2; cf above 3.190*

<sup>1</sup> cap. 2 after constitutat PV

<sup>2</sup> Ne - const. here CPDH, before Constitutio BM

<sup>3</sup> corr. fr. -iant D

**424**

*Constitutio quinquagesima, cap. I*

Si quis in domo sua oratorium habuerit, non audeat in eo facere sacras missas, nisi clericos catholice fidei habuerit, qui deputentur ei ex iussu religiosi episcopi civitatis, vel beatissimi patriarche. Si quis autem adversus ea fecerit, domus ipsius

<sup>1</sup> De eodem add. as rubr. M

ficei iuribus addicatur. Si clerici ab ecclesiis destiterint, alios clericos in locum eorum ordinare necesse est, ut scilicet annonas et dona ecclesiastica que illis lectoribus prestabantur, accipiant, et si postea redierint, nihil eis prestetur, quia annone eorum alii clericis pro ipsis subrogatis prestite sunt.

*Jul. epit. 52.1; cf above 3. 191]*

#### 424A (PV)

*Ut sacerdotes et levite canes ad venandum et accipitres non habeant. Ex concilio Agatensi, cap. 55*

Episcopis, presbiteris, diaconibus canes ad venandum aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est tribus mensibus se communione suspendat, presbiter duobus mensibus se abstineat. Diaconus vero ab omni officio vel communione cessabit.

*Ctp 2.28.54; cf 5.366, 6.288, 13.30*

#### 425

*De dampnatione<sup>1</sup> filiorum qui ex sacerdotibus geniti comprobantur<sup>2</sup>. Ex concilio Toletano IX, cap. 10*

Cum multe super incontinentiam<sup>3</sup> ordinis clericorum<sup>4</sup> hactenus emanaverint sententie patrum, et nullatenus ipsorum firmari quiverit correptio morum, usque adeo sententiam iudicantium protraxere commissa culparum, ut non tantum feriretur ultio in actoribus scelerum, verum etiam in progenie dampnatorum, ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancille, vel ex ingenuo detestando connubio<sup>5</sup> in honore constituti filios procreant, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura dampnentur, proles autem ab hac pollutione nata non solum parentum hereditatem usquam accipient, sed etiam in servitutem eius ecclesie, de cuius sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

*Ctp 2.40.4] (15, q. 8, c. Cum multe.)*

<sup>1</sup> dampnatione CPM; ordinatione D

<sup>2</sup> qui ex - compr. CPBD; sacerdotum M

<sup>3</sup> -iam CPD; -ia M

<sup>4</sup> ord. cler. CPM; cler. ord. D

<sup>5</sup> [coniugio] add. M

#### 426

*Constitutio sexagesima septima, cap. 1*

Quicumque in monasterium intrant, videant substantias suas in monasterio consecrari. Nam ante introitum liberam habent facultatem, quomodo voluerint bona sua distribuere. Postquam autem intraverint, talem licentiam non habent, quamvis liberos habeant.

*Jul. epit. 70.1]*

<sup>1</sup> Quod qui monasterio se tradit, de rebus suis postea disponere non possit add. as rubr. M

## 427

*Constitutio 74<sup>1</sup>, cap. 1<sup>2</sup>. Apud quos iudices queque<sup>3</sup> cause clericorum sint terminande<sup>4</sup>*

Si quis cum clero litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, audeat prius episcopum cuius iudicio clericus suppositus est. Ille autem, sine dampno et sine dilatione, competentem finem liti impositurus est. Sin autem noluerit episcopus litem dirimere, tunc ad civiles iudices disceptatio cause proveniat. Ubi autem causam dirimere vult episcopus, sine scriptura omnia procedant, et diffinitiva sententia ab eo sine scripturis inseratur. Quod si de criminali causa litigium emerserit, tunc competentes interpellati consentaneum legibus terminum cause imponant, ita tamen ut disceptatio litis duorum mensium spatium non excedat, a litis contestatione numerandum. Non aliter autem puniatur clericus, nisi obnoxius repertus sacerdotio nudatus<sup>5</sup> fuerit a suo episcopo, vel clericatus honore. Sin autem crimen ecclesiasticum est, tunc secundum canones episcopo soli cause examinatio et pena procedat, nullam communionem aliis iudicibus in huiusmodi causis habentibus.

*Jul. epit. 77.1; cf 16. 150 below] Ctp 3.10.51 and cf 3.29.93 (11, q. 1, c. Si quis cum clero.)*

<sup>1</sup> 74 CPBDH; 83 M

<sup>2</sup> Const. cap. 1 here CDH, Const. 74. Apud - term. cap. 1 P, Apud - terminande. Const. - 1 BM

<sup>3</sup> queque CPH; que M

<sup>4</sup> Apud - term. CPHM; om. D

<sup>5</sup> nudatus CPBD; privatus [nudatus] M

## 428

*Alexander II, Hugoni<sup>1</sup> Treverensi<sup>2</sup> et Theodorico Virdunensi episcopis. De eo qui infirmitate pressus<sup>3</sup> monachum se fieri promisit<sup>4</sup>*

Presentium lator Cosaldus<sup>5</sup> presbiter, ad limina apostolorum veniens, querelam apostolice sedi depositus, beneficium et altaria que per canonicam Virdunensis ecclesie obtinere solebat, a quodam diacono, Richerio nomine, sibi ablata esse. Dixit enim quod quondam in infirmitate fervore passionis oppressus monachum se facere promiserit, non tamen ut monasterio vel abbati se tradiderit, vel promissionem scripserit, sed confitetur quod prefatum beneficium in manu advocati ecclesie refutaverit. At postquam convaluit, monachum facere mox negavit. Dixit etiam quod cum infirmus iaceret predictus Richerius beneficium suum ab episcopo Virdunensi acquirere potuisse, quia dixit eum monachum iam factum esse. Causa differtur in Treverensem sinodum, in qua prefatus Richerius diaconus mala fide acquisisse, ac male intrasse convictus est. Quapropter quia et<sup>6</sup> beati Benedicti, canonicaque et precipue patris et predecessoris nostri sancti Gregorii pape constitutio interdicit monachum<sup>7</sup> ante unius anni probationem effici<sup>8</sup>, si ita est, ut dixit, iudicamus et auctoritate apostolica precipimus, ut vestra diligentia<sup>9</sup> atque clementia horum portitor Cosaldus<sup>10</sup> presbiter<sup>11</sup> videlicet, beneficium<sup>12</sup> et altaria recipiat, habeat, et quiete retineat.

<sup>1</sup> Hugoni CRB; Hudoni PVH<sup>2</sup>; Udoni DM, [Hugoni] add. M

<sup>2</sup> Trev. CPDM; Erev. Fr

<sup>3</sup> pressus CPD; depressus M

<sup>4</sup> rubr. before insc. M, not CPBD

<sup>5</sup> Cos- CPHM; Gos- D

<sup>6</sup> quia et CP; om. D; quia M

<sup>7</sup> mon. CPD; om. M

<sup>8</sup> monachum add. M, om. CPD

<sup>9</sup> vestra dil. CP; dil. vestra DM

<sup>10</sup> Cos- CPM; Gos- D

*CB Alex. II 86] Ctp 3.10.52; IP 3.183 from beati Benedicti - probationem effici (17, q. 2, c. Cosaldus.)*

<sup>11</sup> [presbyteri] add. M  
<sup>12</sup> -ium CPBD; -ia M

### 429

*Nicholaus Airardo<sup>1</sup> Turonensi archiepiscopo. De presbitero qui sine culpa perdiderat ecclesiam<sup>2</sup>*

Notum sit tue fraterne charitati quod iste presbiter pauper, nomine Christophorus, de sua angustia ad nostram clementiam lacrimabiliter sit conquestus, dicens se falsis criminibus impeditum, et ab ecclesia sua, non convictum neque confessum, irrationabiliter fuisse electum Nam (ut ipse refert) tua diligentia per tres vices inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine, neque de homicidii consensione<sup>3</sup> reperiri potuit culpa<sup>4</sup>, nisi quia sue paupertatis causa quod petebatur, aut consentire noluit, aut implere non potuit; quod suus tamen emulus ultroneus egit, qui illius ecclesiam iniuste preripuit. Idecirco magnopere monemus reverentiam tuam, ut que te forte ignorantiae Giezica cupiditate peracta esse videntur, tue fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur, scilicet restituendo ecclesie proprie iam dictum sacerdotem, atque eidem reddendo tua pietate quem perdidit pristinum honorem, et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contempni permittatis, quia facientem et consentientem par pena constringit.

(in rescriptis Nicolai I, tit. 1, c. 4). Ctp 1.62.59] (2, q. 1, c. Notum sit.)

<sup>1</sup> Airardo CPM; Alardo D

<sup>2</sup> suam add. M, om. CPD; rubr. before insc. M, not CPB

<sup>3</sup> consensione CPD; consensu [confessione or. add. Fr] (de quibus impetebatur) M

<sup>4</sup> rep. pot. culpa CPD; pot. culpa rep. M

### 430

*Stephanus papa quintus Leoni Thianensi episcopo<sup>2</sup>*

De crimine sibi illato diaconus tuus verissime se fatebatur immunem.

Verumtamen si suspicio habetur, et accusatores idonei reperiuntur, et testes quales sacri canones sanciunt, adscito tecum certo episcoporum numero veniant accusatores, vocetur et ipse Aldericus diaconus, et si negaverit, ventileetur causa canonice; et si vel sponte confessus, vel legitimis testibus fuerit approbatus, canonica feriatur sententia. Quod si nec sponte confitetur, nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint, et mala fama crebrescit, non publico examine, sed coram te et aliquantis reverendissimis presbiteris et diaconibus ecclesie tue secreto iuramento se purificet, et tu deinceps boni testimonii eum annuntia, et compesce ac admone ecclesie filios, ne sacerdotem Dei infamare ulterius presumant, timentes maledictionem Cham, qui patris verenda derisit.

Ctp 1.64.9] (15, q. 5, c. De criminis.)

<sup>1</sup> De diacono, de criminis iniuste infamato add. as rubr. M

<sup>2</sup> Th. ep. CPDH; ep. Th. M

## 431

*Manifestam causam non egere testibus<sup>1</sup>*

De manifesta et nota plurimis<sup>2</sup> causa non sunt querendi testes, ut sanctus<sup>3</sup> Ambrosius<sup>4</sup> in epistolam ad Corinthios dicit<sup>5</sup> de fornicatione<sup>6</sup> sententiam exponens apostoli, Iudicis, inquam<sup>7</sup>, non est sine accusatore dampnare quia Dominus Iudam cum fuisse fur, quia non est accusatus, minime abiecit.<sup>8</sup> Cognito autem opere isto pellendum illum de cetu fuisse fraternitatis<sup>9</sup> censuit. Omnes enim crimen eius sciebant, et non arguebant. Publice enim novercam suam loco uxoris habebat<sup>10</sup>. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiversatione aliqua poterat tegi crimen<sup>11</sup>. Et paulo post. Absens facie, presens autem auctoritate Spiritus<sup>12</sup> qui nusquam abest, iam iudicavi ut presens eum qui hoc admisit tradi Satane in interitum carnis.

*Ctp 3.10.53; IP 4.117 (2, q. 2, c. De manifesta.)*

<sup>1</sup> Idem. add. M, om. CPD

<sup>2</sup> -imis CPM; -ibus D

<sup>3</sup> sanctus CPBD; beatus M

<sup>4</sup> (in 5 capite, statim post initium) add. M

<sup>5</sup> dicit CP; scribit DM

<sup>6</sup> -ione CPD; -ore M

<sup>7</sup> -quam CP; -quit DM

<sup>8</sup> Ac mox add. M, om. CPD

<sup>9</sup> fuisse frat. CPM; frat. fuisse D

<sup>10</sup> habebat CPM; habuit D

<sup>11</sup> tegi (*after corr. C*) crim. CPM; crim. tegi D

<sup>12</sup> auct. Sp. CPM; Sp. auct. D

## 432

*<sup>1</sup>Ex libro Capitularium<sup>2</sup>, cap. 357*

Rem in contentione positam non liceat<sup>3</sup> donare vel vendere.<sup>4</sup>

*BenL 1.357(E)] Ctp 3.10.54*

<sup>1</sup> Rem in contentione positam, non licere donare vel vendere add. as rubr. M

<sup>2</sup> Capitularium PV; Capitulorum CDH; Capit. M

<sup>3</sup> liceat CPBD; licet HM

<sup>4</sup> As here CBDHM; whole text as rubric, with nothing following, PV. D (fo. 105rb) ends here, and continues without a break with new matter. M only adds 433-5.

## 433 (M)

*De modo conficiendarum epistolarum formatarum, quem Nicena sinodus inter episcopos in faciendis epistolis conservandum esse instituit.*

Greca elementa litterarum numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter Greci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicas (quas mos Latinus formatas appellat) aliqua fraudis temere presumeretur, hoc a patribus trecentis octodecim Nicee congregatis saluberrime inventum est et constitutum, ut formate epistole hanc calculationis seu supputationis sue habeant rationem, id est ut assumantur in supputationem prima Greca elementa Patris, et Filii, et Spiritus sancti, id est π ν α. Que elementa octogenarium quadringentesimum et primum servant numeros. Petri quoque apostoli prima littera id est π, que numerum octogesimum significat. Eius qui scribit epistolam prima littera, cui scribitur secunda, accipientis tertia, civitatis quoque de qua scribitur quarta, et inductionis quecumque est illius temporis, numerus assumatur; atque ita his omnibus Grecis litteris, que (ut diximus)

numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quecumque collecta fuerit, summam epistola teneat. Addat preterea separatis in epistola etiam nonagenarium et nonum numeros, qui secundum Greca elementa significant, αμην. Tres igitur predicte littere Grece, id est π ν α, et prima littera ex nomine Petri, id est π, quingentesimum et unum faciunt numeros; π enim prima, que est in nomine summi Patris, sexagesimum numerat; ν vero, que est prima in nomine Filii, octoginta numerat; α vero, que prima est in nomine Spiritus sancti, unum indicat. Si addas π que in nomine Petri est prima, id est quadringinta reperies octoginta, αμην vero, quod in fine predicte epistole scriptum est, quingenta sexaginta unum, indicat; α enim unum, μ nonaginta novem, η quadraginta octo, ν nonaginta numerum, qui nonaginta novem efficiunt numeros. Si vero totam summam simul iungas sexcentos sexaginta epistola numeros tenet. Sed propter minus scientes ponenda videntur elementa ipsa Greca, cum numeris propriis.

I. A. II. B. III. Γ. IIII. Δ. V. E. VI.\*\*. VII. Z. VIII. H. IX. Θ. X. I. XX. K.  
XXX. Λ. XL. M. L. N. LX. \*\*x. LXX. O. LXXX. Π. XC. Σ. C. R. CC. Σ. CCC. T.  
CCCC. U. D. Φ. DC. X. DCC. Ψ. DCCC. Ω. DCCCC. ΠΤ. M. A

Numerantur autem ita. en, duo, tria, tessara, pente, ex, epta, oktw, ennea, deka, eikosi, triakonta, tessarakonta, penthkonta, exhkonta, ebdomhkonta, ogdohkonta, ennenhkonta, ekaton, diakosia, triakosia, tessarakosia, pentakosia, exakosia, eliptakosia, oktakosia, eneakasia, cilioi.

*Reg. P 1.449] (Dist. 73, c. Qualiter.)*

#### 434 (M)

##### *Exemplum epistole formate.*

In nomine π Patris, ν Filii, et α Spiritus sancti, Rathbodus sancte Treverensis ecclesie ac plebis ipsius humilis famulus Rotberto reverende sancte Metensis ecclesie antistiti in Christo principe pastorum mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem et octo patrum Nicee constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, et sub nomine formate epistole reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia presenti presbitero nostro, nomine Gislemaro, has dimissorias dedimus litteras, quem in nostra diocesi ecclesiastice educatum, de ordine clericatus ad presbiteratus proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parochia sub defensione ac regimine vestre chare dilectionis degere liceat, illumque in sinu sancte matris ecclesie canonice fovendum ac regendum vobis committimus. Hanc ergo epistolam Grecis litteris hinc inde munire decrevimus et annulo ecclesie nostre bullare censuimus. Christus pastorum princeps interventu beati Petri, cui specialiter ovile dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiā sui gregis diu nobis conservet in colum, αμην. Summa horum Mille DXXXIX. π ν α ω ρ ο σ ν φ. αμην. Data Treveris. Idib. Octob., anno dominice Incarnationis D. CCCC. VI. indict. IX π ν α π δ α π δ φ. *(Simile fere habetur, dist. 73 c. In nomine.) Reg P 1.450; BD 2.227]*

#### 435 (M)

##### *Item aliud exemplum formate.*

Reverendissimo et sanctissimo Rathbodo sancte Treverensis ecclesie archiepiscopo, Dado Virdunensis ecclesie devotus gregis Christi famulus in Domino vero rege summe felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit

sequi documenta evangelica, que dicunt, Qui recipit prophetam in nomine prophete, mercedem prophete accipiet; et qui recipit iustum in nomine iusti, et cetera; et apostolus iubeat hospitalitatem sectari, et necessitatibus sanctorum virorum communicare, tamen propter eos qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti, et pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint sua malitia faciente fugitivi, et dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint, statutum est a sanctis patribus neminem, clericum alienum et ignotum recipi ab aliquo episcopo, et inthronizare in sua ecclesia, nisi habeat a proprio episcopo epistolam, que in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestre quod presens frater noster harum litterarum portitor, nomine Adruinus, non pro sua nequitia expulsus est a nobis, sed postulantibus fratribus nostris, eo quod ex familia nostra fuit, dedimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice, et ordinavimus eum ad gradum presbiterii. Cui etiam has dimissorias sive commendatitias litteras fecimus, et eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in vestra parochia sub vestro sacro regimine et defensione consistere valeat. Ego, inquam, in nomine τω Patris, et υ Filii, et α Spiritus sancti, et in unitate sancte ecclesie, in qua Petro datum est ius ligandi atque solvendi, absolvō Dado humilis episcopus presbiterum Adruinum de civitate Virdunensi, indict. IX. Et licentiam do vobis, Rathbode venerabilis archiepiscope, inthronizandi cum in quacumque ecclesia vultis vestre parochie. Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur. αμην. D. CC. LXXVIII, π ν α π δ α λ φ. Data V Idus Maii, anno dominice Incarnationis D. CCCC. VI, indict. IX

Reg P 1.451